COMMENTATIONES
THEOLOGICAE

EDIDERUNT

ERNEST. FRID. CAROL. ROSENMUELLER
THEOL. D. ET LL. ORR. IN ACAD. LIPS. PROF. ORD.

ET

FRANC. JOS. VAL. DOMINIC. MAURER
PHIL. D. ET L. HEBR. AD SCHOL. THOM. MAG.

TOMI SECUNDI PARS PRIMA

LIPSIAE
PROSTAT APUD C. H. RECLAM.
MDCCCXXVII.

ARGUMENTUM.

DE LOCO
LUCAE XVI. 1—13.
DISSERTATIO.

SCRIPSIT

GUIL. NIEDNER,

PHIL. D. AA. LL. M. IN ACAD. LIPS. PRIV. DOC.

Christus, ubi parabolas docuit, neque in inveniendo et conformando argumento a veritate, neque in eodem ad rem praesentem vitaeque usum accommodando a conformatione eius recessit. Hinc interpreti parabolae nobis propositae de re, quae gesta esse traditur, separatim et primo loco considerandum existimandumque est: praesertim quum ex huius maxime quaestionis difficultate plurimus recentiorum interpretum dissensus [1]), tanquam e largo quodam fonte, manaverit.

1) Ob hunc eundem debebam haud dubie omne scribendi consilium ex animo dimittere. Quanquam enim vehementer omnes rogo, ne arrogantia inani potius quam discendi studio me ductum suspicentur, recte tamen ego quidem, quoniam, quos duces sequi decuit, ab iis crebro discessi, vereor, ut, quam invidiam habet audacia facti, eam omnem orationis verecundia et pudor tollat.

Naturam igitur rei gestae, de qua expositum est, principem, ex quo argumenta ducerentur, locum arbitratus, praecipuas narrationis partes ita descripsi, ut primum quaeratur: qui et qualis fuerit is, de quo agitur, quidque ei acciderit; deinde, quid idem ingenio suo rerumque suarum conditioni convenienter fecerit, et quomodo id ei successerit. Alterum hoc Praedicatum, prius illud Subiectum narrationis dicere possis.

I. Interpretatio parabolae ipsius.

A. De Subiecto parabolae.

a. Qui et qualis fuerit is, de quo agitur.

a) *Οἰκονόμος*

simpliciter quidem magistratus atque adeo praefectus provinciae nunquam dici consueverat. In loco, qui unus solus afferri potuit a Grossmauno, viro doctiss. (De procuratore — — commentatio. Lips. 823. p. 21), Esth. 8, 9. coll. Ios. Arch. 11, 6, 12. *οἱ οἰκονόμοι* esse videntur *οἱ γαζοφύλακες*, qui rem regis in provinciis procurabant. Ios. l. l. c. 5. §. 1. rex in epist. ad *τ. σατράπας* missa se *τοῖς γαζοφύλαξι* quoque (separatim) scripsisse, atque §. 2. Esra literas regis a se ad *τ. οἰκονόμους τοὺς τοῦ βασιλέως καὶ τοὺς ἐπάρχους τ. Συρίας* perlatas esse dicit. Eosdem illos interpres Esr. 8, 36. *τοὺς διοικητὰς τ. βασιλέως* vocat et a *τ. ἐπάρχοις* discernit; atque Nehemias (2, 8.) praeter epistolas ad *τ. ἐπάρχους* missas unam

ad τ. φύλακα τ. παραδείσου (τ. βασιλέως) separatim scriptam a rege impetrat. Reges asiatici, quae redibant e provinciis, pro privatis habebant; unde qui illis εἰς τ. γάζαν τ. βασιλέως congestis et pecuniae eiusdem toti procurandae praeerant, tanquam rei domesticae per singulas provincias patenti (οἴκῳ Esr. 6, 4. 8. 7, 20. 21. 3 Esr. 4, 47—49), minime publico aerario, praefecti, οἱ τ. βασιλέως (οἰκονόμοι, γαζοφύλακες, al.) vocabantur. Differebat igitur horum non minus quam τ. περὶ τ. βασιλέα οἰκονόμων (Esth. 1, 8. coll. Ies. 22, 15. et Gesen. ad h. l. 36, 22. al.) munus ab officio τ. σατραπῶν, ἐπάρχων al.; quibus nominibus, quandoquidem illud magis in provinciarum quam regis ipsius rebus administrandis versabatur, illarum nomina adiungi solebant. Quae munerum diversitas eo non tollitur, quod regii οἱ οἰκονόμοι et cum τ. ἄρχουσιν, ἐπάρχοις al. una enumeratione comprehensi, et iisdem his nominibus interdum honoris causa appellati sunt: non vicissim praefecti provinciis dicuntur οἰκονόμοι [2]). Quamquam ne est quidem interpp. Alex. magna in communi usu dicendi existimando auctoritas. Quae enim reperitur in iis nominum confusio et appellatio-

---

2) Hesychius, (quibusnam e fontibus, de quonam tempore singula quaeque?) quum οἰκονόμον in ὑπάρχοις commemorari et στρατηγοὺς eodem hoc nomine appellari vidisset, haec scripsit: ὕπαρχος· οἰκονόμος, πολέμου στρατηγός. Ubi autem v. οἰκ. ipsam interpretatur, haec: οἰκονόμος· ὁ τ. οἶκον νεμόμενος.

nis inconstantia [3]), ea exorta fuit ex rerum linguarumque peregrinarum imperitia; quae quum ad res romanas, paene domesticas et a persicis

---

3) Voluerunt illi quidem honores diversos graece appellando etiam a se invicem distinguere, ideoque, si quando in vocem minus late patentem inciderant, hac usus dicendi opportunitate usi esse potius quam potestatem vocis dilatasse censendi sunt: sed neque huiusmodi vocabulis quovis in loco recte usi, neque in latius patentium delectu regulam secuti sunt. Cf. inter se Esth. 9, 3. 8, 9. 3, 12. An ordinem nominum mutavit interpres? Unum nomen (? הַפַּחוֹת) praetermissum est. Neque recte Gsm. doctiss. v. אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים semper primo loco poni dixit: Esth. 9, 3. Dan. 6, 7. 8. coll. 3, 3. — Dan. 3, 2. coll. v. 3. interpres ordinem nominum, qui in hebr. est, primo secutus, deinde ab eo discessit; multo etiam minus cum interprete Esth. in אֲחַ— graece appellandis consentit. — Cf. etiam v. 27. et 6, 7. 8. — Hagg. 1, 1. Neh. 5, 18. Esr. 4, 18. coll. 7, 11. ne intellecta quidem verborum vis et potestas; atque Dan. 3, 2. גְּדָבְרַיָּא τύραννοι, certe non οἰκονόμοι dicti, licet Esr. 7, 21. גִּזְבָּר γάζα sit, nisi forte interpretem, qui 1, 8. rem manifestam hebraice appellaverit, vim vocis ne intellexisse quidem suspiceris. — Quoniam autem haec ipsa vocabb. confusio uno tantum in loco (Esth. 8, 9) sicut ad vocc. eiusdem generis, ita ad nostrum, quod ex plane alio genere est, pertinuit, longe plurimis autem in locis vel οἰκονόμοι praefecti rei regiae recte dicti sunt, vel nomen hoc ab enumeratione praefectorum provinciis abest, (quod

babylonicisque haud parum diversas, et ad aetatem Lucae Iosephique nihil pertinuerit, neque confusio ista ad hoc tempus, ad hoc rerum ge-

si hi vocabantur οἰκονόμοι, in tanta graece appellandi ἀπορίᾳ vix fieri potuit), ex hoc intelligitur, casu vel errore unum quendam intpp. istorum uno illo in loco in v. οἰκ. incidisse, itaque ex hoc errorem interpretis quidem (cuiusmodi errores paulo ante enumeravi), neutiquam vero usum dicendi communem cognosci posse. Non saepius inductus est in errorem interpres, quia cognatio ceterorum nominum inter se, causa et fons confusionis, ad diversi generis nomen haud facile valebat; ex quo factum etiam, ut ne v. ἐπιτρόπου quidem ab illis intpp. in publicas res translata sit, quod postea factum. Usus enim est hac voce solus is, qui libr. 2. Macc. scripsit (11, 1), isque ἐπίτροπον dixit eundem, quem οἰκονόμον dici consnevisse vidimus. Itaque quam longe abfuerit huius vocab. usus a publ. rerum tractatione, ex illius etiam usu indicari potest. Imo fortasse error ille, quem dixi, in eo tantum cernitur, quod interpres τ. οἰκονόμους primo loco commemoravit: cf. 3 Esr. 4, 47, qui scriptor ordinem invertit. — Si igitur praeter praefectos palatio ii quoque, qui in provinciis rem regis procurabant, οἰκονόμοι vocabantur, in τ. ἐπάρχοις autem, propterea tantum, quod regis rebus, non quod ipsis provinciis praeessent, et cum de regia re agi aliunde manifestum erat, habebantur, ex Alexandrinis et Iosepho, auctoritatem horum in loco illo secuto, praefectum provinciae οἰκονόμον dici solitum fuisse non rectius colligi videtur, quam ex Graecorum usu τ. οἰκ. τ. πόλεως dicendi. Qui autem

nus translata est. Hinc maior est Iosephi et ceterorum, qui de rom. rebus scripserunt, auctoritas in cognoscendo aetatis illius usu dicendi, quem,

---

transtulerunt vocem in publicas res, iidem hoc ipso ostenderunt, sua aetate hanc ex translatione ortam voc. potestatem non fuisse communi et proprie dicendi usu sancitam. Philo, si tempore eius οἰκονομία simpliciter dicta esset πολιτεία, non scripsisset: πόλις μὲν οἶκος μέγας, πολιτεία δὲ κοινή τις οἰκονομία. — An οἶκος provincia dicta sit (Gsm. 22), non minus dubito. Ios. Arch. 15, 10, 1. 2: ὁ οἶκος Λυσανίου ipsa ἡ Ζηνοδώρου ἐπαρχία dici non potuit: nam B. i. 2, 6, 3. et Arch. 17, 11, 4. huius eiusdem partes a τ. μέρεσι τοῦ Ζ. οἴκου his verbis discernuntur: Βαταναία σὺν Τραχωνίτιδι καὶ Αὐρανῖτις σύν τινι μέρει οἴκου τοῦ Ζηνοδώρου. Eadem τῆς Ζην. ἐπαρχίας et τοῦ οἴκου eius (Λυσανίου quondam), τοῦ μεταξὺ Τράχωνος κ. τ. Γαλιλαίας, μοίρας (non ἐπαρχίας) οὐκ ὀλίγης (Arch. 15, 10, 3), distinctio B. i. 1, 20, 4. est: hunc τ. οἶκον, peculium enim fuit, defuncto Zen. demum Herodes nactus est. Arch. 17, 13, 5 Κυρήνιος τ. τ. Ἀρχελάου χώρας ὑποτελοῦς προσνεμηθείσης τῇ Σύρων, τ. οἶκον eiusdem ἔτι ἀποδωσόμενος dicitur 18, 1, 1 autem: τὰ Ἀρχ. χρήματα ἀποδωσόμενος. Alia fuit rerum Herod. ratio. B. i. 2, 6, 3 enim dicitur quidem, quod reliquerat suis moribundus Herodes, ὁ οἶκος eius, βασιλεία: at haec non fuerat provincia, sed gentis Herodeae peculium (1, 33, 7. 8). Ὁ οἶκος, cuius a Caes. dono accepti δεσπότις ἡ Σαλώμη ἀπεδείχθη, ὑπὸ τ. Ἀρχ. ἐθναρχίαν ἐτάχθη quidem (Arch. 17, 11. 5), sed non ipse in provinciae formam redactus est. Xen. Cyrop. 8, 6, 4. 5: Cyrus accurate a satrapiis (ἐκε

scil. difficiliorem cognitu, Luc. non secutus esse videatur iis fortasse, qui ab hoc scriptore translationem Alexandrinam diu noctuque tractari solitam esse sibi persuaserunt.

In quaestione de *loco*, *quem ὁ οἰκονόμος apud herum obtinuerit*, de re cum iis, qui eum servum hoc tempore fuisse negant, consentio, de causis dissentio. Et primum quidem illud monitum est (Gsm. 22), servile supplicium τῷ οἰκονόμῳ non metuendum fuisse videri. At vero neque poena civilis: de „exilio" enim non traditum. Ergo ne civis quidem fuit. Neutrum poenarum genus metuit propterea, quod eam delationis rationem ab huius parabolae auctore fingi necesse fuit, per quam fieri posset, ut *μετάστασις* sola immineret, contra cuius iniuriam acerbitatemque, si poenae sive privatim ab hero, sive publice a iudicibus infligerentur, prudentia hominem tueri non poterat. Quam eandem delatio-

---

discernit quasdam harum partes, quas χώρας s. οἴκους satraparum esse vult, unde tanquam e peculio (Varr. R. R. 1, 2. med. 17. fin.) victum sumant. Sed quorsum haec? Hi οἶκοι etiamsi dicerentur provinciae, praefectorum tamen, non praeficientium essent, itaque nec illi horum οἰκονόμοι dici possent, sed ipsi οἰκονόμοις, τὰ τοῦ οἴκου αὐτῶν νεμομένοις (hominibus privatis) usuri fortasse essent. Neque vero, qui suae rei domesticae ditionive ampliori praeest, οἰκονόμος vocatur, neque rex ullus provinciam ipsam οἶκον suum appellavit.

nis rationem quum in servo quoque esse potuisse appareat, parabolae ratio non minus quam libera τοῦ οἰκ. conditio causa esse potuit, ob quam hic non eo redactus delatione fingeretur, ut τ. διχοτόμησιν timeret. — Non magis dirimi controversiam puto, si quis nominum τ. κυρίου et τ. οἰκονόμου delectum habitum commemoret. (Schulz. Ueber d. Parabel v. Verwalter p. 44.) Οἰκοδεσπότης enim neque ille Lc. 12, 42. vocatur, cui οἰκονόμος fuisse traditur; fuit autem οἰκοδεσπότης, non tam ob v. 39. quam propter rei naturam. Neque dici οἰκοδεσπότην eum potissimum, cui res sit cum servis suis, id ex eodem v. 39; 13, 25. al. intelligitur. Et κυρίου nomen, cui oppositus est δοῦλος, cum nomine οἰκοδεσπότου commutatur: 14, 21. 23. Ac ne οἰκονόμου quidem nomen a servo alienum, 12, 42, quia Lc. ipse (non decet enim id afferre, quod Matthaeus, 24, 45, δοῦλον pro οἰκονόμῳ scripsit) v. 43. τῷ ἐπὶ τ. θεραπείας καθεσταμένῳ οἰκονόμῳ nomen δούλου imposuit. Est quidem noster ὁ οἰκ. ampliore munere praeditus, eo fere, quod 12, 44 commemoratur: sed dicitur tamen ibidem servus hoc nondum adeptus quoque (43) οἰκονόμος (42); itaque ex nomine hoc neque libera conditio, neque amplissima illa potestas nostri colligi potest. Δούλου nomen quare huic impositum non sit (quamquam v. 13. cap. 16. οἰκέτης scriptum est, coll. 3 Esr. 3, 19. et Wetst. ad nostrum l.), id ex hoc apparet, quod, cum nomina οἰκοδεσπ. et οἰκονόμου ad officii rationem, κυρίου et δούλου nomina ad locum, quo οἰκον. ab

οἰκοδεσπ. habetur, spectent, posteriore hoc appellandi modo (κυρ.) τὸν οἰκονόμον, priore illo (οἰκ.) auctorem parabolae uti, consentaneum fuit. Οὐ δυνήσῃ δουλεύειν autem (Schulz. 51) non dicit herus, quia dominus iratus servo abrogationem muneris quidem, haud facile vero servitutis finem indixerit. — Neque manumissionis[4]) huiusmodi οἰκονόμων, velut Thaumasti ap. Ios. Arch. 18, 6, 6, exempla afferrem: neque enim desunt, quae δούλους tradita οἰκονομίᾳ quoque δούλων loco haberi consuevisse doceant (Arch. 12, 4, 8. Lc. 12, 46. coll. 42.); quod quam consentaneum sit illarum terrarum moribus, non est quod dicam. Habet igitur dubitationem, an servus ille Lc. 12, 44. libertatem quoque nacturus fuerit; atque noster ὁ οἰκ. ne dicitur quidem πᾶσι τ. ὑπάρχουσι praefectus οἰκονόμος unus. Ut honestiore quodam loco habitus, ampliore quadam agendi libertate

4) Nam ne antea quidem servili conditione usus (Luc. 12, 44. coll. 43.) ei tantum noster videri potest, qui hunc de plebe fuisse propterea negat, quod „mendicitatis infamiam fossorisque laborem horruerit." (Gsm. 22.) At quantum pudoris et molestiae habeat memoria prioris miserae rerum conditionis, si quis ad hanc a diuturna honorificentioris opulentiorisque vitae consuetudine quasi repellatur, id omnes norunt; atque nostri, omnium rerum suarum ruinam in se, ὅταν μετασταθῇ, impendere confessi, fortuna omnis agi, tota in alienarum opum usu posita fuisse videtur. Potuit igitur esse tum de plebe, tum e libertinis.

instructus fuerit huiusmodi servus necesse est quidem: sed utrumque hoc in servos etiam cadit (Lc. 12, 42. coll. 43. 19, 13. Gen. 24, 2. 39, 5); qui tale munus adepti a servis, quales vulgo habentur, eo differunt, quod his continuo, singularum rerum gestarum ratio reddenda est, illis autem tempore quodam interiecto. *Οἰκονόμοι* igitur libere agunt, non sunt autem necessario liberi. Minus etiam recte ex Pauli more vocem ad res divinas transferendi atque adeo ex eo, quod ad has easdem tota collatio spectet (Schulz. 45), amplior illa *τ. οἰκ.* libertas existimari mihi videtur. In transferendo enim ab eius rerum generis, ex quo vocab. est, rationibus multum saepe receditur (v. *δούλου*). Hic mos verba transferendi pariter atque illud, quod praecipitur, ut ne nimium tribuatur exempli e rerum huius terrae genere delecti rationibus, in interpretatione huiusmodi narrationum non valet, quia parabola ad veritatem ficta censeri, itaque, dum in hac interpretanda versaris, quodcunque flagitare huius natura videtur, id teneri mensque ab iis, quae in disputatione de usu exempli retinenda sint, plane sevocari debet. Hoc posterius enim illic nondum in deliberationem cadit. Immo quorsum scribatur lex illa interpreti, si interpretando sublata imminutave sit nativa utriusque inter se collatae causae dissimilitudo? vel cur haec tollatur, si scripta illa sit?

Hae igitur omnes, quas exposui, causae, ut *τ. οἰκονόμον*, ex quo *ᾠκονόμει*, servum fuisse ne-

gem; me non commovent. Movet autem hoc, quod servus munere privatus haud facile apud alios refugium sibi comparandi consilium animo suscipere potuit.

Rationem officii τοῦ οἰκονομεῖν (Schulz. 44. 46. A. L. Z. 1801. No. 367) hanc fuisse arbitror, ut esset reddenda eius ratio: nam haec a nomine οἰκονόμου et quocunque huiusmodi munere mandato[5]) secerni non potest, neque, nisi rem ipse impedias („unendliche Schreiberei, Vor- und Nachrechnerei, mühselige Vollendung des Controlenwesens"), ab aetatis cuiusquam moribus aliena fuit, denique verbis ἀπόδος τὸν λόγον manifesto significatur. Ut enim hanc orationis domini partem his verbis „quod profecto non poteris" suppleam (Schulz. 50), duobus illis certe locis, Act. 19, 40. Mt. 12, 36, adduci non possum[6]). At (Schulz. 47. 48) herus non expe-

5) Pro arbitrio rem gerendi potestas omni tempore aliena ab istoc munere habita est. In modo quidem utilitati alterius prospiciendi licebat dispensatori romano arbitrio et fide sua uti; hac tamen lege, ut illi prospiceret, semper cautum erat, potestasque ita definita, ut pro sua uti non posset re aliena. Ac ne in illos quidem, quos Paulus dicit, οἰκονόμους ista immunitas cadit.

6) Neutro in loco articulus voci λόγου praepositus est, aut necessitas rationem reddendi eo tollitur, quod non possint illi rite et sic, ut incolumes discedant, reddere rationem: hoc enim est οὐ δύνασθαι

ctans, dum reus reddat rationem, de rebus huius decernit, et hic valde aequo animo id accipit. Et recte quidem ille: in homine enim, cui omnia tua commiseris, suspecta fides est nulla fides; et rationem tamen rei gestae reddere istum iubet, quia illo iam tempore in more institutoque maiorum positum fuit, ut, qui munere decederet, eum rationem eius reddere, consentaneum haberetur, et quaestio, si illud tempore constituto fieret, fidei probandae (L. 19, 15), sin ante illud propter suspicionem exortam, perfidiae demonstrandae gratia institueretur. Causa autem (*ἡ μετάστασις*; alicui *γὰρ*, ut Mt. 9, 16. 17. *alioquin* esse visum est) effectum, ut dicunt, (*τ. ἀπολογισμόν*) nunquam sustulit. Quemadmodum criminis reus non ideo, quod impar est rationi recte reddendae, ab hoc officio liberari potest; ita neque dominus aut inique aut inepte agere videri debet, si, quem imparem iudicat muneri gerendo, eum hoc decedere iubet, ac rem ad liquidum perduci, suam sententiam confirmari, quantum

---

λόγον ἀποδοῦναι. An quod non poterunt *ἀποδ.*, ideo non *ἀποδώσουσιν* (*ἀπαιτηθήσονται*)? Tum vero cura, ut non possis. Et *ὁ γραμματεὺς* quidem in metu erat, licet ipse negaret, futurum esse ut posset; ita igitur de exitu rei dicit, ut necessitatem non tollat. Altero in loco, a quo, sicut a nostro, abest negatio inficiatioque facultatis, agitur de ipsa illa necessitate subeundi iudicium, ex quo utrum incolumes an condemnati discessuri illi sint, nihil interest.

damni acceperit; et quo modo; demonstrari vult. Immo quam ob rem herus noster hominem criminis convictum non illico munere decedere iussit? secutus illud, quod ap. Cic. est Q. Fr. 1, 4: „si quis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuae commiseris.“ Ut muneris denuo capessendi gratia animum ad φρόνησιν revocaret, ad hoc tempus illud neque herus dederat (οὐ δυνήσῃ), neque ὁ οἰκ. datum sibi putavit (ὅταν μετασταθῶ — nisi forte, quod doct. Möllero: Neue Ansichten etc. p. 223. 224. placuit, ὅτι et ὅταν in dubia re potissimum poni opineris). Ut pro periculo deprecaturus (Mt. 18, 25. 26) lenitatem heri imploraret, non opus fuit temporis intervallo. — Ὁ οἰκονόμος autem non affert promte tabulas, quia hae ad ipsum ex culpa eximendum non satis idoneae, ut, donec in manibus sint, si non ad poenarum vim ab ipso propellendam, ad leniendam tamen futurae vitae acerbitatem aliquid conducant, ad hunc usum accommodandae videntur 7).

7) Cum hoc fraudulento τ. οἰκ. consilio quare usus rationum tabulis perscriptarum non pugnet, de hoc infra aptior erit disputandi locus. Schulzius autem, vir S. V., alteram eamque praecipuam disputationis (p. 49) suae partem, qua usum eundem cum honesto etiam, quod ipsi a τ. οἰκ. initum videtur, consilio pugnare ostenderet, praetermisit. Cuiusmodi consilium quoniam manifesto necessitati

Denique *appellationis* τ. *οἰκονόμου latinae* delectus ita fieri debet, ut procuratoris, dispensatoris, villici munera inter se et cum munere Nostri contendantur. Et primum quidem *villici* [8])

rationes afferendi aptum est, illa viri doct. disputatio valet ad consilium fraudulentum, non ad necessitatem illam tollendam.

8) Cato R. R. Cap. 2: „rationes putet argentariam, frumentariam, — vinariam, oleariam, quid venierit, quid exactum siet„ Cp. 5. „alieno manum abstineat — amicos domini eos habeat sibi amicos. Iniussu domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat. Ne quid emisse velit insciente domino, neu quid dominum celavisse velit." (Luc. 16.) Ibid.: „Disciplina bona utatur. Familiae male ne sit. Sobrius siet semper." (Luc. 12, 42. 45.) — Varro R. R. I, 2: „Villicus agri colendi causa constitutus (princeps) atque appellatus a villa, quod ab eo in eam convehuntur fructus et evehuntur, cum veneunt." — Colum. I, 7: liberi coloni opponuntur villicis servis. Agri cura his tradita plus reddituгa dicitur, nisi maxima vel negligentia servi vel rapacitas intervenerit: servos enim cum alia per fraudem et negligentiam agere, tum nec conditum cum fide rationibus inferre. C. 8: „potest (villic.) etiam illiteratus, dummodo tenacissimae sit memoriae, rem satis commode administrare. Eiusmodi villicum Celsus ait saepius numos domino quam librum afferre, quia nescius literarum vel ipse minus possit rationes confingere, vel etc. Neve negotietur sibi, pecuniamque domini — occupet." (Luc. 16.) Tum, qualem in conservos se gerere debeat. cf. XI. de officiis, coll. Lc. 12, 42. De reliquo v. usu v. lexica.

nomen (Vulgata), si Noster servus fuisse videri posset, ne ab hoc quidem (nam de altero L. 12, 42. nulla est dubitatio) alienum iudicarem: triticum oleumque prae ceteris commemorantur — e genere rustico delectum ab eo vocab. σκάπτειν, ut solet fieri ab iis, qui ruri vivunt — τὰ ὑπάρχοντα, licet ne dicantur quidem πάντα, saepe numero praediis solis continentur — rationes cum villico etiam computari volunt Cato et Colum., et Celsus ap. hunc eo ipso, quod illiteratum etiam villicum esse posse concedit, literarum cognitione imbutum haud raro eum fuisse docet. — De *dispensatoris*[9]) et Nostri similitudine inter se non est quod

---

9) Cic. Att. 11, 1, 2. „de (domesticis rebus) afflictor, quod (Eros), qui eas dispensavit, neque adest etc." Atque dispensatoris huius officium spectabat tum ad pecuniam locandam et reddendam, tum ad reditus exigendos, alia: 15, 15: „profectionem meam Erotis dispensatio impedivit: nam cum etc." Ibid.: „id scripsi ad Erotem, ut redderet." Ibid.: „quod sit in annuum sumtum, ei (filio) scil. Eros numerabit." 15, 17: „velim ab Erote quaeras, ubi sit merces insularum." 11, 2: „in quos sumtus abeant fructus praediorum." Ibid.: „Erotis rationes et e Tirone cognovi et vocavi ipsum." 16, 15. fin. Alios locos v. ap. Forcell. Idem ex Pomp. Dig. comprobat, rusticis etiam rebus ipsis praefuisse disp.; attamen in R. R. scriptoribus et ubicunque Cic. de hoc rerum genere dicit, dispensatorum mentionem factam non vidi, procuratoris autem, villico praefecti, ap. Colum. 1, 6. Servi nonnunquam, liber-

seorsum disputem. — De v. *procuratoris* usu eo quidem, qui non ultra praediorum et pecuniae, rei familiaris, rationem pertinuit, quum is admodum late pateat, ita dicendum, ut germana et legitima tantum vis vocab. spectetur. De hac prae ceteris omnibus locis (Gsm. 20) ex eo existimandum, qui est ap. Cic. Caec. c. 20: „De liberis quisquis est, procuratoris nomine appelletur; non quo omnes sint aut appellentur procuratores, qui negotii nostri aliquid gerunt. — — Non alia ratio iuris, — utrum me tuus procurator deiecerit is, qui legitime procurator dicitur, omnium rerum eius, qui in Italia non sit, absitve reip. causa, quasi quidam paene dominus, h. e. alieni iuris vicarius.“ — Ex eorum genere, qui, ut „gerant aliquid negotii nostri, non sunt tamen procuratores,“ omnes ii fuisse videntur, qui amicitiae magis et pietatis quam muneris causa, ultro potius quam ex pacto, singula quaedam separatim mandata aut sua sponte suscepta negotia curabant, non cunctas negotiorum rerumque alicuius partes cura sua complectebantur, qui igitur neque domino utebantur eo, a quo mandata accepissent, neque rationes conficiebant, neque villico aut dispensatori praefecti erant[10]). Haec amicis in sin-

tini plerumque fuerunt: Suet. Oth. 5. Vesp. 23. Octav. 67. Dispensatoris, hominis ingenui, exemplum affert Forc. ex Murat. vet. inscr. p. 907. n. 8.

10) Cic. Divers. 14, 14: „his de rebus velim cum Pomp., c. Cam., cum quibus vobis videbitur, con-

gulis gravioribus causis tributa potestas pariter atque id, quod unus compluribus procuratoribus utebatur (Cic. Q. Fr. 1, 2, 3), ostendit, et detrahi nonnunquam consuevisse a potestate procuratorum, et hanc ipsam saepe non ad universam rem pertinuisse (Fam. 13, 72 init. Attic. 6, 1 procuratores — negotiatores), nomen igitur latius patuisse quam singulorum potestatem[11]). Multi

sideretis.“ Ep. 5. de hereditate Praeciana: „ut Pomp., aut si is minus poterit, Cam. nostrum negotium curet. Nos, cum salvi venerimus, reliqua per nos agemus.“ Ac si huic verbb. delectui minus tribuas, vides eandem rem Attico mandatam, 6, 9. Cf. Att. 1, 10 eo animo etc. Ibid. 18: appellat Cic. Atticum suum in privatis omnibus conscium et germanum negotiatorem; et vicissim: 1, 16. 5, 13. 15, 15. Interdum enim, ut praeter villicum et dispensatorem (Att. 15, 17. 15, 15. 12, 21. 11, 1. 2. 3. 16, 1. 2), ita praeter procuratores rei, nominum, possessionum, alii, amico, res quaedam committitur (Att. 1, 5. Erat autem Acutilio suus quidam procurator, cf. 1, 8. Div. 13, 72. 12, 24); sed ita, ut supra dixi. Hinc Eros Att. 12, 21. non cum Attico, scil. praefecto sibi, sed cum Cic. agere voluit; hic ab Erote, dispensatore, 15, 17, rationes exposcit: an ab amico quoque? Archaeol. Ios. 16, 8, 3: Andromach. et Gemell. φίλοι.

11) Ipsi praediis solis praefecti vocantur procuratores: C. de Orat. §. 249: „num igitur, si cui fundus inspiciendus, aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit,“ etc. Colum. R. R. 1, 6: „villico iuxta ianuam

igitur ita rem quandam procurabant, ut non essent procuratores, muneris officio cum domino coniuncti; atque ex his ipsis nonnulli ampliore illa, quam Cic. pro Caec. dixit, potestate non instructi, velut pecuniarum, dum res in iudicio agebatur, curatores, negotiatores, iique nec villico nec dispensatori praefecti; denique alii in villis degentes et villico, non dispensatori (rei urbanae) praefecti[12]).

fiat habitatio; — procuratori supra ianuam, — et is tamen villicum observet ex vicino." Att. 14, 16. huc pertinet, quia procuratores in una villa commemorantur, s. villicos s. villicosque a Cic. scriptum est.

12) Omnino praefuisse dispensatori procuratorem, ex iis locis non intelligitur, quos collegit Forcell.; multo etiam minus e Cic. Rep. 5, 3. et Att. 16, 2. de quibus locis doctiss. Grossmannus (p. 19) ita: „Villicus," inquit, „Cic. interprete naturam agri novit, dispensator literas scit (Rep.); procurator autem ita gerit, regit, gubernat, ut nihil a domino expectet." (Att.) Verum priore in loco C. de necessitate scientiae ad efficiendi utilitatem referendae dicens non hoc agit, ut universa utriusque muneris natura his verbis comprehendatur, causaeve necessitudinis utriusque inter se exponantur, sed ut, quid scientiae praecipue in utroque opus sit, intelligatur. Gubernator et medicus quidem non pro mutua muneris officiique ratione inter se conferuntur. Audacius etiam alter illorum locorum priori adiunctus esse videtur. Ex quibus locis de trium illorum munerum ratione

Quoniam, ex quo genere res illius *τ. πλουσίου*, de quo ap. Luc. traditum est, fuerint, non satis constat, et tanta est rom. nominum cognatio, villici tantum, hominis servilis conditionis, nomen a Nostro alienum esse apparet. Negotiatorem hunc dicerem, si ad nomina facienda maxime curam *τ. ὑπαρχόντων* pertinuisse, ex eo, quod *χρεωφειλετῶν* mentio iniecta est, manifestum esset; procuratorem autem vel hanc eandem ob causam (Att. 6, 1), vel propterea, quod *ὁ οἰκ.* toti rei *τ. πλουσίου* (Cic. Caec. l. c.), quae praediis etiam constaret, praeesset; ita tamen, ut, quomodo fert communis *χρεωφειλέτας* dicendi usus, hi non villici aut coloni, sed alii fuerint, qui, quae e praediis redierant, emissent. Temere autem dispensatoris nomen (Hieron.) reiiceres: neque enim, quae quidem memoriae pro-

inter se existimes, ea communi eorundem commemoratione inter se contineantur necesse est. Atque in ep. ad Att. ne est quidem (Atticus enim est ille) eiusmodi procuratoris mentio facta, qui villico et dispensatori praefuisse videri possit. Neque dicitur, quantum memini, procurator villicari aut dispensare: Eros enim dispensator fuit, non procurator. Dicitur Att. 12, 21 eius curatio; quanquam hanc dispensatoris et villici propriam fuisse, ex loco Fam. 11, 21 colligi non debuerit: hic enim (coll. ep. 20 et Festo) de iis agitur, qui agros legionibus distribuebant. De nominum curatoris et procuratoris in re tenui quoque usu et commutatione v. Varr. R. R. 3, 6. coll. Colum. 9, 14. 9.

dita sunt apud Luc. de muneris illius ratione, cum Romanorum usu dispensatorem dicendi ullo modo pugnant; neque ex Iosepho, *οἰκονόμον* procuratorem potissimum dici consuevisse, probari potest [13]).

β) Qualis fuerit ὁ *οἰκονόμος*.

Ἄδικος· διεσκόρπισε γὰρ τὰ ὑπάρχοντα τ. κυρίου αὐτοῦ. In existimanda hac causa τ. *ἀδικίας* ab his duobus praecipue cavendum: ne modum τ. *διασκορπίζειν* scire tibi videaris atque adeo in hoc ab usu vocis recedas, neve rem, τ. *διασκόρπισιν* ipsam, praeter rationes causae propositae iudices.

Lucas, 16, 13, usus erat v. *διασκορπ.*; eundemque, significationem [14]) si spectes, (de prima v,

13) Arion enim, ὁ οἰκονόμος, Arch. 12, 4, 7. 8. servus fuit, ergo non procurator, et ab omni muneris parte Eroti dispensatori simillimus; differebat autem eius potestas a Thaumasti, libertini et πάσῃ τῇ οὐσίᾳ (Arion εἰς ἅπαντα τὰ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ χρήματα) praefecti 18, 6, 6., et Archelai (17, 13, 2), qui longe diversi rerum generis, τ. πραγμάτων τ. ἐν Ῥώμῃ, curam susceperat; quos ambo rectissime procuratores dixeris, Iosephus autem ἐπιτρόπους dixit. Quem tenui rei praefectum Matthaeus, 20, 8, ἐπίτροπον dixit, eum vix dubitaveris appellare dispensatorem: dubitabisne τ. οἰκονόμον, quod nomen minus honorificum habitum fuisse, ex Ios. l. l. et al. intelligitur?

14) Quod ad stirpem vocis attinet; compendii literarum eiusmodi, quo praep. ἐς cum verbo coalue-

Mt. 25, 24. Act. 5, 37; malam in partem Dan. 11, 24.; 4, 11. Lc. 1, 51. in bonam Ps. 112, 9) altero in loco sibi constitisse, consentaneum est: non potuit enim secus. Modus autem τ. διασκορπίσεως, etiamsi hebr. פִּזַּר ap. Arabes prodigis inpr. conveniat, ap. Graecos nequaquam luxuria sola continetur, sensus igitur vocabuli neque ex verbo addito (illic ζῶν ἀσώτως, Cic. de Orat. 2, 55. libidines totum patrimonium dissipaverunt), neque ex cognita hominis natura conspicuus est. Si in hoc quoque Luc. sibi constitisse putas, nihil impedio: τοῦ σκάπτειν autem et τ. ἐπαιτεῖν molestiam multi etiam ex iis detrectant, qui non luxuria rem profuderunt. At provinciae praefuit ὁ διασκορπίζων, manifestus igitur est modus τ.

---

rit (Gsm. 25), exemplum idoneum vix reperiatur; praesertim quum recentiore inpr. aetate durior ille vocum initia appellandi modus tam late patuerit et ad ea quoque vocc. pertinuerit, a quibus, plerisque, praeverb. εἰς alienum est. (Iam antiquiores: σκεδάννυμι — κεδάζω, κεάζω, κέω; κύπελλον — σκῦφος; σκάπτω — cavo; κερβολέω [κέαρ βάλλω] — σκερβ. al.) Huc accedit, quod vis praeverbii illius, apti his duobus solis, σκορακίζω et σκορπίζω (in κάρφος mutare, tanquam κάρφος tractare) horum duorum potiss. exitu ipso ita manifesto significata est, ut in hoc quidem vim praeverbii agnoscam, initium autem verbi (σκ) ad communem cetera innumera vocc. appellandi causam quam ad praep. ipsam referre malim. Nullus veterum ausus fuerit scribere: σκαλλιγραφεῖν, quia ἐς κάλλος γράφειν dici solitum esset.

διασκορπίσεως: dissipavit iste rem pop. rom. exhauriendis opibus provinciae. (Gsm. 25 — 30.) Potuit, opinor, ἡ διασκόρπισις ita ad provincialem rem accommodata videri, ut non tam longe a Lucae (15, 13) ratione hoc v. utendi discederetur: exhaustio provinciae nequaquam unus, quo praetor rem populi perdere possit, modus est ita, ut ex rei huius perditae mentione necessario in illius recordationem incidas: qui solam pecuniam publicam, quae ex provincia rediret, perdiderat, rem populi romani perdiderat; διεσκόρπισε τά τινος. Sed non videtur hoc verbum communi vexationem provinciae appellandi usu sancitum fuisse. Quotquot enim loca huius generis a viro doctiss. congesta vidi, ea factam esse rem ostendunt, illo nomine appellatam, non item; hinc quot historica affers testimonia rei, tot sunt, ut ita dicam, exegeticae sententiam mutandi causae. Quo maior est, si rem spectas, hostilis et praetoriae direptionis similitudo, hanc posteriorem appellandi apud omnes scriptores varietas, eandemque commemorandi opportunitas, eo minus, cur ad hocce genus rerum usus vocab. illius, ceteroquin haud infrequens, non pertinuerit, aliam reperio causam, quam quod eo repentina vis, non ea iniuria, qua praetor sensim et pedetentim vires provinciae exhauriret, significari consueverat [15].

15) B. i, 2, 6, 2. v. σκεδάσσειν non tam ad opes quam ad homines referendum: hos enim, quibus eripi-

Τὴν διασκόρπισιν ipsam autem dum ex muneris eius, quod in narratione traditur mandatum fuisse, rationibus existimandam dicebam, ab hoc errore cavere volui, in quem incidere videtur is, qui, quid sit *τὰ ὑπάρχοντα διασκορπίζειν*, non quid *τὰ ὑπάρχοντά τινι διασκορπίζειν*, quaerendum esse putat, atque vim et sententiam eius vocab., quo auctor parabolae facinus appellavit, a singulari hoc facinorum genere seiungit, quoniam in hac utraque de natura et appellatione facinoris quaestione mentem ab exemplo ad praeceptum transtulit, immo adeo totam causam hominis, de quo

tur res, non rem, quae eripitur, dilacerari puto. (Ant. 10, 11, 6.) Cic. Att. 15, 11. cum navigio dissipato comparatur quidem resp., sed ipsa haec non dicitur dissipata; ac scriptor ipse sensum similitudinis explicat: „nihil," ait, „consilio, nihil ratione, nihil ordine." Nihil de vexationibus. De Orat. 1, 9. Phil. 2, 3. Agrar. 1, 1. Post reditum ad Quir. c. 8. Quomodo factum, ut, quem tam prope a direptionibus provinciarum eodem hoc nomine appellandis abfuisse videmus, (nam hoc solum loca illa ostendunt) idem hoc non fecerit, si recte memini, in Verrinis? Efficta a Cic., non usu oblata fuisse videtur haec verbi translatio. Sed quid rhetorica figura in narratione? quid Cic. in Luca? Certe quidem non multo ineptius ex eccl. scr. testimonia afferres, quae voce dissipandi universam perfidiam aliena commissa vindicantis comprehensam fuisse docent, velut Concil. chalc. can. 2. oeconomus episcopo adiungitur, „ne res eccl. dissipentur."

illic agitur, conformatam potius secundum aliquam eorum, ad quos praeceptum pertineat, conditionem rerum, quam delectam arbitratur.

Culpa, inquiunt, quam herus in hominem conferebat, cernebatur in eo, quod hic re aliena non ut in re vel liberalitatis in egenos probandae causa, vel ita, ut ne iniuriam inferret cuiquam, tradita par fuit, usus erat. At vero hac conditione, ut distribuendis domini bonis is, cui haec commissa sunt, sibi prospiciat, a nullo facile homine privato tradita cuiquam res familiaris est. Verbo quidem nullo significatam esse singularem illam conditionem, hoc deinceps videbimus; necesse autem erat significari eo magis, quo minus ex aliis causis praeter accurate definitam officii rationem iudicium fieri potest, et quo longius ista οἰκονομίας conditio tum a communi in hoc rerum humanarum genere usu, tum ab ipsius nostri exempli conformatione discedit. Non usu enim solum de his rebus dicendi in eam adducimur et quasi trahimur cogitationem, ut usitatissimam rei alienae procurandae conditionem propositam arbitremur; sed prodit etiam τ. χρεωφ. τ. κυρίου commemoratio veram muneris mandati et usus fortunarum, quem herus fieri voluerit et facere consuevisset, naturam, eandemque usui communi ita consentaneam fuisse docet, ut ille si non augeri versura facienda (Lc. 19, 12), conservari certe sua nominibus suis exigendis voluerit. Neque si eum ita rem suam in nominibus habuisse dicas, ut certe leniter cum iis, qui

nomen suum expedire vellent, ageretur, huius officii vestigium in delatione est: διασκορπίζειν conservando quidem, minime autem per pietatem effundendo oppositum est, imo aliquando (Ps. 112, 9) vox illa hoc alterum significat, ut parum absit, quin ὁ οἰκ. ὁ διασκορπίζων cum illo Ioanne Alexandrino eleemosynario conteudatur. (Cf. etiam Theophyl. Simocattae hist. Maur. 7, 6.) Et quanquam differt profusio bonorum a liberalitate, solent tamen in criminando ea maxime vitia et scelera commemorari, quae officio hominis contraria sint, velut h. l. φιλαργυρία, durities.

Domini igitur rem cum perdidit dispensator, (διεσκ. τ. ὑπάρχ. αὐτοῦ), domino datam fidem fefellit. Atque Christum idem, quod herum indigne tulisse dixisset, in delectu nominis, quod homini imponeret, secutum esse, consentaneum est. Quoniam autem ex divina etiam lege eundem res humanas existimasse in parabolis et ad hanc existimationem factorum appellationem accommodasse videmus, haec duo tantum liceat mihi commemorare. Primum utrumque res existimandi modum, eumque a se invicem mente distinctum, una voce τ. ἀδικίας comprehendi potuisse (Schulz. 65, 111, 112, 81. et al. intpp.) negaverim. Quicunque enim diversas rationes in re quadam spectari voluerit, is conformabit ad id orationem, usus quadam verborum copia et varietate; ne iis, qui dicentem ipsum audiunt, singulae unius vocis significationes, singulis illis rationibus aptae, animo quasi perlustrandae sint.

Deinde singulae etiam, quas positas dixerunt, appellationis τοῦ οἰκονόμου causae nescio an ei rerum generi, ex quo narrationis argumentum delectum est, minus conveniant. Ea, quae in „dei legisque divinae oblivione" inest, magis in significatam hominum deique inter se rationem, quam in expositam in parab. mutuam duorum hominum necessitudinem cadit: ὁ πλούσιος est dominus τοῦ οἰκονόμου, non deus. An pietatem τ. δούλου, de quo Luc. 12, 42, ad deum relatam putabis? — „Animo rebus huius terrae dedito" fuit quidem dispensator: sed non potuit hoc potiss. nomine reprehendi; ipsa ἡ οἰκονομία in rebus huius terrae versabatur. Atque adeo debuit curam harum gerere; modo recte gessisset. Quorsum illud unum ex vitiis τ. υἱῶν τ. αἰῶν. τούτου, de quo in parab. expositum est, nisi sit tanquam ὁ χαρακτὴρ eius, qui esset ex certo quodam genere istorum et ab hoc praecipue nomen acciperet? — „Minus idoneum et sapientem rei usum" fecit profecto ὁ διασκορπίζων: verum ubi in aliena re fit ἡ διασκόρπισις, novi quiddam accessit ad crimen, idque, longe gravius, in locum eius, de quo praecipiatur, succedit. Ἄδικος autem non est ὁ διασκορπίσας, quia male rebus suis providit; sed male providit, quia ἄδικος fuit.

Atque haec, quam argumenti parab. natura inductus de causis τ. τ. οἰκονόμου ἀδικίας dixi, sententia usui vocis apud Nostros recepto consentanea esse videtur. Δίχα, radix vocis, est signum divisionis simplicissimae, qua fit, ut neu-

tri rei quidquam aut aptum desit, aut alienum additum sit. Haec rerum naturae aequabilis conditio in res humanas translata, tanquam naturae quaedam imitatio, non tam rerum hominis, quam animi eius dispositio est, ad leges tum a natura rerum (deo) institutas, tum singulari auctoritate vel divina vel humana sancitas accommodata. Et in sacris quidem scriptoribus nostris quanquam cum propter rariorem rei, quam tractant, opportunitatem, tum ob piam rerum humanarum existimationem factum est, ut ad naturam rei nunquam (ne Io. 5, 30. 7, 24. quidem: Bretschn. cf. Eur. Heracl. 896 sqq.), ad divinas autem leges multo frequentius quam ad humanas ἡ δικαιοσύνη referatur; non desunt tamen loci, in quibus pietatis in deum ratio ab hoc vocc. genere secernatur et genus quoddam virtutum vel vitiorum significetur, (Schulz. 59—66) [16]). Luc. 18, 6. rei fo-

16) Doct. Grossm. (p. 49.) contra Schulz. monet, ἀδικεῖν non dici pro ἀσεβεῖν, quia „hoc sit causa, illud effectus," itaque ἀσεβεῖν tantum utrumque genus complectatur. Sed v. Prov. 10, 24. Iob. 18, 21. 5. Ios. Ant. 15, 10, 5. Ps. 75, 5. 73, 8. Ies. 59, 13. Ne omnibus in locis τ. ἀσέβειαν τοῦ ἀνθρώπους ἀδικοῦντος ortum potius quam naturam τ. ἀδικίας spectare dicas, illud impedit, quod et hominibus et deo eadem lege cautum erat. — Neque id, quod S. V. Schulz. ἀδικίαν generatim dici censuit, eo refelli posse videtur, quod voc. „de ipsis variis factis solemne fuerit." Non censuit hic nominis communione illa naturam factorum, quae varia est, sed originem,

rensi aptiorem duco forensem dicendi usum [17]), quam eum, qui in divinis rebus fuit. De quibus h. l. et 23, 40. traditur, eorum animos ne cogitatio quidem pietatis (Act. 13, 26. 10, 2) subiit; metum poenarum divinarum autem ferebat animi indoles utriusque nebulonis. Priorem illam, cuius laudem perditissimus quisque affectat, iudex haud facile ipse a se alienam esse professus; eandemque, tam manifesto ab alterius persona alienam, huic deesse, maleficus alter homo vix miratus fuerit. Similem animi ferociam potius quam impietatem in altera quoque appellationis parte, ἄνθρ. μὴ ἐντρ., dici puto. Et illis quidem verbis, ἐργάζ. δικαιοσ. Act. 10, 35, pietatem in hominibus probatam, itaque prioribus etiam, φοβ. θεὸν, pietatem deo probatam significari, facile intelligitur. Verbis ἄνθρ. ἐντρ. autem quum pudorem et metum dici appareat,

vel potius non differentiam specificam, sed genus, quo singula contineantur; atque ad hoc, non ad illam et hominum et factorum nomen fictum putavit.

17) Rarus quidem hic, sed causa in promtu. Act. 25, 10. 11. 3, 14. 18, 14. 24, 20. Ev. 23, 47: voce δικαίου, personae centurionis aptissime delecta, Bretschn. S. V. amicum dei significari censet, quia — Mt. et Mc. υἱὸν θεοῦ. Illud quoque dubitationem habere mihi videtur, quod idem paulum abesse indicat, quin voce δικαίου propheta significetur, quia liber Enochi τοῦ δικαίου inscriptus sit et — de vaticiniis exponat.

ad hoc idem genus ea quoque, quibus haec adiuncta sunt (φοβ. θεὸν), referenda esse videntur. Haec animi ferocia causa quidem esse τ. ἀδικίας, appellari autem ἀδικία minus commode potuit. Accedit locus, quo nomen positum: commemorata animi indole, ex qua varia facinora gigni possunt, exposito eo, quod h. l. ex illa exortum diceretur, adiicitur tandem huius appellatio: magis intererat dicentis nomen sigillatim expositi facinoris proponere, quam fontem, unde manasset, bis appellare. Index ipse φόβῳ θεοῦ *moveri* se negat, ut δίκαιον se gerat. cf. Col. 3, 22. 25. — In aliorum locorum delectu illi, in quibus vel hoc inprimis agitur, ut agendi ratio quaedam in universo impietatis genere habeatur (Act. 1, 18. 8, 23), vel enumeratorum vitiorum genus positum est (2 Petr. 2, 13), vel scriptor voluit generatim dicere (Act. 24, 15. Ev. 13, 27. et ubi ἀλήθεια, δικαιοσύνη opp.), hi igitur ab iis secernendi sunt, qui ita in uno iniuriae in homines commissae genere versantur, ut nec impietatis in deum, nec ceterorum vitiorum ratio ducta videri possit. Act. 7, 24—27. Ev. 20, 20. (animi candor opp. proditoris perfidiae) 18, 11. (Mt. 20, 13. 4. 1, 19. coll. sqq. 2 Cor. 12, 33.) [18].

18) Ex Alexdr. 1 Sam. 28, 10. Lev. 19, 15. 35. 2 Reg. 17, 1. Ps. 62, 10. Confer inter se Cic. disp. de iustitia (O.ſ. I. §. 20. 23—28. 41—43. pro Quint. 6, 25) et narrationem nostram, quo usum v. iustitiae in hac non plane absurdum esse cognoscas.

Atque ex horum locorum genere nostrum esse, hoc propterea probabile esse iudico, quod non v. *ἀδικίας*, sed vocc. *οἰκονόμον τ. ἀδικίας* interpretanda sunt [19]. Interest autem, utrum *κριτὴν* vel *οἰκονόμον τ. ἀδικ.*, an *ἄνθρωπον τ. ἀδικ.* dixeris: si hoc, universam vitiorum multitudinem verbo comprehenderis; sin illud, certum quoddam genus dixeris: circumscripseris enim vitiositatem genere officii. Si autem latius patere h. l. vim vocis obtinueris, in naturam certe quidem τ. *ἀδικίας* propter hanc ipsam ampliorem v. potestatem separatim inquirendum; genus, in quo impietas et improbitas conspicua fuerit una quadam in causa, muneris rationibus descriptum erit: iudicem habebis iniustum, dispensatorem perfidum, quoniam in hoc fides (1 Cor. 4, 1. 2), in illo iustitia praecipue spectatur; ac si, quod praecipue in homine spectetur, in eo praecipuam

19) Ex uno illo loco, 1 Cor. 11, 2. 17. 22, indicari non potest, num Lucas v. ἀδικίας cum ἐπήνεσε construxerit; tanta raritate omnis tollitur usus dicendi auctoritas. Et nomen ἀδικίας quibuscunque in locis (Lc. 18, 6. 13, 27. Act. 1, 18. 8, 23. 2 Petr. 2, 13. 15. Rom. 6, 13, 2 Thess. 2, 9) non cum verbo coniunctum vides, natura huius id impedivisse videri possit; quod ita non est in nostro: Dirimit, si non fallor, controversiam (Paul., Schleiermach.) verborum τ. μαμ. τ. ἀδικίας propinquitas et cognatio, quae ex pari utriusque dicendi formulae interpretatione (v. 10. 11.) luculentius elucet.

eum appellandi causam inesse sumseris, non multum certe aberis a vero: hanc enim nominis causam, necessitudinem domini et ministri, narratio ipsa suppeditaverit; ceteras, velut contentionem naturae muneris et hominis (improbus, ineptus), facti et legis divinae inter se (impius), aliunde repetieris. Magnum autem habet haec quaestio de parte ea, in quam Christus de natura τ. ἀδικίας disputaverit, in interpretationem loci momentum.

b) *Quid τῷ οἰκονόμῳ talem sese gerenti acciderit.*

Usus v. διαβάλλειν [20]) non ita ad delationes solas pertinuit, ut ex hoc quoque, praetorem

---

20) Adversus arbitrii et iniquitatis suspicionem recentius denuo a S. V. Schleiermachero (Schriften d. Lucas, ad h. l.) motam tuetur dominum, ut alii iam indicarunt, procurator ipse, qui plane nullam spem in rationibus, incorruptis quidem, posuit. Ἡ αὔξησις criminationum, si non tanta est, ut culpa eximat delatum (Möller. pl. Rev. p. 216), parum ad rem valet. Ne hoc quidem, incertam domino visam esse criminum veritatem, ex eo intelligitur, quod hic „rationes extemplo conferendas postulabat" (Bertholdt. Opusc. ed. Winer. p. 88.): dedit hoc reo, ut suis tabulis criminis convinceretur. Ex simili genere est eiusdem viri docti disputatio (p. 90), ubi δυνήσῃ a Luca scriptum esse defendit. Num usu formae δύνῃ propius instans atque adeo certius futurum significetur, recte dubites. Est enim hoc verbum ex eorum genere, in quibus ipsis notio et

ἀκατηγόρητον dici, appareat. (Gsm. 23.)[21]). A nullo, quantum sciam, scriptore illius aetatis διαβάλλειν aut ii dicuntur, qui absque omni pravae

quasi causa futuri inest et nos quoque forma tum praes. tum fut. utimur; hac omne temporis spatium, per quod futurum aliquid est (lineam, aoristus futuri), illa id temporis punctum, inde a quo, animo spectantes. Nam illo ipso praesenti tempore iste non poterat; delatus et suspectus domino in ea conditione erat ut non posset. Ἐπειδὴ τοιοῦτός μοι εἶ διαβεβλημένος, οὐ δύνῃ: temp. praesens definitum, et fortasse etiam relativum. Sed potuit τὸ δύνασθαι (futurum definitum) ad futurum etiam tempus referri, ad rem intercessuram, qui ipse fuit ὁ ἀπολογισμὸς, quem herus expetebat: profer rationes, nam (posteaquam postremum hoc οἰκονόμου opus perfeceris) οὐκ ἔτι δυνήσῃ. Luc. igitur utrumque scribere potuisse (v. ἀφαιρεῖται), et de germana lectione ex universa codd. auctoritate magis quam ex opportunitate corruptionis iudicandum esse censeo. Namque potuit quidem librarius, si de potestate futuri ita ut Berth. sentiebat, „iam primo alloquio provinciam procuratoris ademtam“ ratus δύνῃ scribendum putare; potuit vero etiam, si tantum consilium in eo fuit, quia hominem post hoc „alloquium“ aliquantisper οἰκονομῆσαι videret, δυνήσῃ scribere malle. (Ceterum doct. Künölio „redundare“ videtur voc.; nimirum ita esse etiam Mt. 9, 15.)

21) Ios. Arch. 14, 9, 4: Hyrc. ἐκάλει quidem H. δικασόμενον ὑπὲρ ὧν διεβάλλετο, et in synedrio κατηγορεῖν ἐθάῤῥει τὸ λοιπὸν οὐδεὶς τ. πρὶν ἀφικέσθαι διαβαλλόντων: sed §. 3. hi iidem φανερῶς κατηγορῆσαι traduntur; atque hoc non oppositum τῷ διαβ., sed cum eo

voluntatis suspicione nihil nisi hoc agant; ut, hac una tectiore via relicta sibi, diu perlatam iniuriam tandem propulsent, aut ii, qui afflictorum causam in se susceperint. Ut vocabulum oppressis conveniat, necesse est absit ab eo omnis invidia et differat idem a τῷ κατηγορεῖν eo tantum, quod fieri non possit, quin tecte res geratur, debeat autem aliter fieri posse. Verum διαβ. dicitur plerumque is, qui, quippe vel inimico in alterum animo actus, vel omnino vitiorum

commutatum est. 10, 11, 5. ἡ διαβολὴ ad τὸ κατειπεῖν Δανιήλου πρὸς τ. βασιλέα refertur; deinde vero §. 6. illi, ubi κατεῖπον, κατηγορῆσαι dicuntur, et Alexandrinus Dan. 6, 24. voc. διαβ., quod ei, quo Ios. usus est, oppositum dicitur, posuit. 12, 4, 4: Iosephus διαβάλλων palam criminatur. 14, 3, 2. Hyrc. in prorsus eadem causa et oratione eaque coram Pomp. et maxima corona habita et κατηγορῆσαι et διαβαλεῖν traditur. 16, 9, 3. 4. coll. 4, 3. 17, 5, 4. B. i. 2, 6, 2. in iudicio Caesaris praeter τ. κατηγόρους surgit Nicol. et κατηγορῶν et συνδιαβάλλων. Aliis in locis (Ant. 15, 10, 3. 16, 4, 1 — 4) διαβάλλουσι, qui non ad ipsum eum, qui iudex rei futurus sit, sed ad alios ad hunc rem perlaturos nomen deferunt. 13, 6, 4. de rumoribus circumlatis. Quibus in locis διαβ. de κρυπτοῖς λόγοις, 16, 1, 2. 14, 1, 3. 16, 3, 1. B. i. 1, 23, 1. 2., hi quidem ipsis his verbis adiectis, v. διαβ. non simpliciter ad hoc unum genus referri solitam fuisse ostendunt. — Alexandrini animum pravum malasque artes inpr. spectabant, nunc in apertissimis (Dan. 6, 24. coll. 13. 3, 8.), nunc in tectis criminationibus: 2 Macc. 3, 11. coll. 4, 1. Esth. 8, 1. — De nostris satis constat.

alienorum studiosus indagator, vel utilitate quadam aut invidia inductus, si quando in hominem vere nefarium inciderit, huic eidem, etiamsi talis non esset, absenti inprimis et privatim, crimina illaturus esset.

Procurator igitur rei privatae, conscius sibi criminis, munere decedendi necessitate in extremam omnium rerum suarum desperationem adductum se videt, quia, inops ipse rerum, neque fide necessitati illi, nec perfidia egestati ex hac nasciturae providit; aegerrime tamen fert hanc subitam rerum mutationem diuturna melioris sortis consuetudine acerbiorem, et hoc malum se indignum (Sir. 40, 28.) quovis modo propulsandum putat. Vides, opinor, Subiecto narrationis positas causas Praedicati.

B. De Praedicato parabolae.

a) Quid egerit dispensator, s. qua re et quo modo rebus suis afflictis mederi voluerit.

Clementiae et lenitatis domini, ut in gratiam cum eo redeat, periculum non facit; in aliorum fidem et clientelam se conferre constituit[22]). Quod attinet ad quaestionem de huius

22) Utrum victum domiciliumque, an οἰκονομίαν etiam adepturus illud fecerit, id ex v. οἴκων existimari non potest. Discrimen οἴκου, societatis domesticae, et οἰκίας, habitaculi, ne a Luca quidem constanter (Schulz. 54.) factum est, etiamsi res id flagitare videbatur. Οἶκος pro οἰκίᾳ: 14, 23. 1. coll. 7, 36. 12, 39. (Xen. mem. 2, 1, 32.) Act. 2, 2. 7, 46—49.

quoque partis parab. et causae praetoris similitudine, primum quid χρεωφειλέταις cum re vectigali? (Gsm. 45.). Ὀφείλειν quidem latius patet, χρέος autem a Graec. nunquam id, quod quis τελεῖν ὀφείλει, dictum est, (hinc loci Ant. 20, 8, 8. 13, 5, 3. a re alieni), sed id, quod quis ex mutuo debet, al. [23]):

Ev. 10, 38. (Luc. nihil de illa familiaritate Bethan. in commentar.) 19, 5. 9. coll. 10, 5. Act. 16, 15. Ev. 11, 17 est quidem res domestica, sed a vulg. interpretatione (de qua v. Ios. Arch. 16, 4, 3: χαλεπὸν οὐχ ὁμονοῶν οἶκος ἐν βασιλείᾳ) discesserim. Quum huiusmodi repetitione voc. eiusdem (οἶκ. ἐπ' οἶκ.) apud Hebr. quoque (עַל. Philip. 2, 27) universitas quaedam, non reflexivum significetur, nec voc. διαμερισθεὶς repetitum dici potest; et Iesus, Lucam quidem si sequimur, (in Matthaeo enim difficilior intellectu sententia ad priorem, verbis similibus compositam sententiam accommodata) de βασιλείας tantum διαμερισμῷ, ad quem solum reliqua oratio spectat, disputavit voçemque ἐρημοῦται verbis οἶκος etc. illustravit; τ. ἐρήμωσιν τ. βασιλ. in eo cerui dicens, quod alterius οἴκου ruina ruinam alterius continuo excipiat. — Vicissim οἰκία pro οἴκῳ: Luc. 20, 47. 1 Cor. 16, 15. (Plut. Lyc. 2. coll. οἶκος Δαβίδ al.) Ios. Ant. 16, 1, 2. 16, 7, 2: 18, 8, 4. 17, 5, 8. Ps. Dem. κ. Νεαίρ. p. 1357. 58.

23) Χρεωφειλέται δανειστῇ opp.: Prov. 29, 13. Deut. 15, 2. 11. 8. Iob. 31, 37. 4 Macc. 2, 9. coll. Hesych. χρεῶν ἀποκοπαί. Deut. 24, 11—13. (2 Reg. 23, 35 autem recte non χρέος.) Ioseph. Arch. 18, 8, 9. 7, 15, 1. 13, 6, 4. coll. 18, 6, 4. 16, 10, 9. coll.

Deinde, quo rebus suis consulere voluisse traditur *ὁ οἰκονόμος*, id a privato homine quovis tentari potuit, a praetore autem vix per assentationem provincialem potissimum. (Gsm. 32, 40–43.) Ut mittam honores decerni solitos et *τ. ἐν δίκῃ παρισταμένους* (Arch. 14, 11, 3. 11, 1. 6. 2. 16, 2, 4. B. i. 2, 6, 1.), a Nostri rebus alienissimos, beneficia illa *τ. πολιτείας*, *τ. εὐεργεσίας*, *τ. προξενίας*, *τ. σιτήσεως τ. ἐν πρυτανείῳ* [24]) in prae-

§. 8: *χρήματα ὡς εἴη δεδανεισμένος.* Luc. 7, 41. Mt. 18, 24.

24) Accidit, ut, ubicunque veteres horum beneficiorum mentionem fecerunt, causae similis huic nostrae praetoriae non fecerint, et vicissim: v. loca a viro docto collecta p. 42, 43. (Nam eorum quidem conditio rerum, quorum „insperatam atque gratuitam remissionem" ad animi voluntatem civium iratorum subito mutandam valuisse traditum est, valde discrepat: Herodes (Arch. 15, 9, 2.) civibus, non sibi instante periculo ad liberalitatem animum appulit; Syracusani autem (Plut. Marc. 23) sibi, non Marcello imminente periculo, vanae suae accusationis invidiam tollere studuerunt.) Neque mirandum illud, quod accidisse dicebam: nam omnem rerum suarum spem et rationem in beneficiis illis positam habere neque opus fuit neque licuit facile praetori. *Διασκορπίζειν*, si est „rem pop. rom. exhauriendis prov. opibus perdere," non est per luxuriam profundere potissimum: neque enim ita Graeci simpliciter dicebant, neque facinus et modus huius una voce comprehenditur; neque verba *σκάπτ.* et *ἐπαιτ.* mihi afferes; quae

tores damnatos et exules (aliter pro Flacco §. 87.) ab eiusdem, e qua decesserant, provinciae civitatibus conferri vel solita fuisse, vel licuisse, vel admodum expetendum hoc praetori alicui, vel denique satis in Palaestina cognitum fuisse, vix ita manifestum est, quin res, quantacunque fuerit Graecorum in hoc genere levitas, aliquam habeat dubitationem. — Neque propter modum agendi, quem ὁ οἰκονόμος secutus, exitumque

ipsa eiusmodi conditionis rerum signa sunt; ad quam nullus facile praetor redactus fuerit. Et direptor prov. tum dicebatur tum fuit plerumque is, qui se locupletaverat. Si tam inexhausta fuit in homine aviditas opum corradendarum, annon aliquantulum residui fuerit? Ita in plerisque, de quibus ad nos relatum est, luxuriosissimis quoque. At repetundarum reus fuit. Si ultro, poenae vitandae causa civitatem mutavit, retinuit fructum libidinum et alii se cuique civitati dicare potuit (Cic. Balb. §. 28. 29. [Fam. 13, 66. Caec. c. 34.]); sin mulctandi maleficii causa eiectus in exilium, non secus accidit; ad Mamertinos autem non certo patebat refugium, quia ei, qui gravius quid deliquisset, aut certis quibusdam aut omnibus praeter unam regionibus interdicebatur. Certum autem esset illud, in nostro necesse erat. Postremum ex illis beneficiis, quod prae ceteris huc pertinet, sed in graecis civitatibus solis in bene meritos conferri solitum erat, num vulgo palaestinensi ita cognitum usu (urbium illarum Palaest. graecarum?) et sermone tritum fuerit, ut memoria eius facile audientium animos subire potuerit, vehementer dubito.

causaé inter privatos homines rem geri negaverim (Gsm. 22. 44–46.) [25].

Itaque, ut in universum de re existimem, primum similitudini causae *oix.* et praetoris parum videtur esse tribuendum, quia rei familiaris natura fert, ut, etiamsi de hac sola agere constitueris, ad diversissimas publ. rerum partes accommodari accommodataque videri ea possit. Deinde hanc ipsam ob causam, ut magis publi-

25) „Ausus est nutu suo arcessere homines tam locupletes:" haec privatarum rerum opulentia haud ita raris exemplis (Arion.) fictaeque narrationis licentia et splendore defendi potest; atque in privatis etiam rebus communi usu consentaneum habetur, ut debitores ei, qui nomina fecerit, sive huius interpreti praesto sint. — Quaesivit e singulis: *πόσον ὀφείλεις*; Solent enim creditores, etiamsi tabulas in manibus teneant, professionem tamen nominum in has relatorum flagitare. — Quae autem ad interrogationem vel acerbitate (decumanorum) vel gratia orationis (aratorum causa) exornandam larga manu suppeditavit vir doct., ea, quippe posita in *τ. ὀφείλης* iniquitate, ad eam *τ. διασκορπίσεως* existimationem redeunt, qua *ἡ ἀδικία* a rebus *τ. κυρίου* secernitur. — Denique exitus causae hic fuisse dicitur, ut ex foro rom. in scholam philosophi „hominem a causa seiungentis" trans*lati* nobis videamur. Et profecto, huiusmodi iudicium, tanquam hybridam, fingi oportuit, quia Verres iste quot amicos tot adversarios (decumanos) nactus erat, qui, se quidem nonnisi illo auctore et imperatore egisse causati, impedituri erant, quo minus gratia amicorum invidiam conflatam superaret.

cae quam privatae causae convenire videretur narrationis conformatio, grammaticis potius quam historicis argumentis efficiendum erat, effectum autem ne his quidem esse videtur. Denique, quod tantum suspectae isti causae utriusque cognationi tributum est, id permiram illam peperit orationis varietatem, ut vocabula nunc ex publicarum nunc ex privatarum rerum genere delecta sint: ἄνθρωπος πλούσιος — praetorem (οἰκονόμον) habuit, al. Neque tollitur haec difficultas tecte dicendi consilio, quo Iesus ductus fuerit: quoniam enim ad finem, quem vir S. V. ipse orationi propositum censet, privatae causae tractatio non minus idonea fuit, consilium illud tecte dicendi atque ex longinquo rem repetendi a modo rem tractandi temere delecto, non a natura rei tractandae profectum fuerit necesse est.

Quid igitur privatae rei procurator, dum partem nominum in tabulas domini relatorum ultro expunxit, egisse vel potius fecisse censendus est?

Primum *natura facti* tollere videtur beneficentiae rationem, ad quam ponendam plurimi conspirarunt, quippe in hac quoque τ. οἰκονόμου agendi ratione iudicanda a verae οἰκονομίας rationibus discedentes et illum dei potius quam heri ministrum fingentes [26]. Ut non sint, in

---

26) Schleiermacherus, vir celeb., (p. 203) criminis invidiam a dispensatore in dominum transferre studuit. At vero neque „durities," si qua in hoc fuit,

quos beneficia conferas, pii potissimum, egeni tamen illi sint necesse est, quorum miseriam levare velis. Ac si certe ab iniuria ad iustitiam

---

neque id, quod ille ei „fortasse" (διεσκόρπισεν enim!) magno usui fuit, crimen ipsum elevat. Num probetur cuiquam facinus, quod superari nequitia ab alio facinore possit („auf eine weit edlere Art, als wenn er unmittelbar etwas unterschlüge")? Non est circumscriptio, quae ideo tantum „mediate" fit, quia aut pecuniae ipsae sunt διεσκορπισμέναι, aut hunc inprimis modum fert heri incuria rerum suarum? — Nonnulli (Moeller. 223 — 26. 257) non solum eo perductam rem a dispensatore, sed animum etiam huius eo contendisse dixerunt, ut, dum rem heri novis tabulis novaque aestimatione professionum aliquo certe modo restitueret et neque huius rem neque suam causam plane desperatam esse demonstraret, magnam criminum partem elevaret dominumque iratum placaret. Quoniam autem iidem amicorum necessitatem, in qua omnis praecepti ratio posita est, sustulerunt, itaque causam τ. ἐπαίνου plane novam et alienam excogitarunt, rem pervertisse videntur. Eo valuisse bonorum procurationem, ut coloni (χρεωφειλέται?) non valerent secundum legem prioris aestimationis professionisque hero satisfacere et in societatem τ. διασκορπίσεως venirent, aut domino id, quod *saltem* non integrarum fortunarum suarum ruinam impendere videret, magnopere probari oportuisse, hoc ut credam, Lucae quidem verbis non inducor: Damnum acceptum video, non damnum ἔλασσον τ. ἐλπίδος. — Alicui (Aug. th. Blätter II. 733) dispensator hero suam in accepto rationibus inferendo diligentiam eo probasse videbatur, quod debitoribus auctor fuisset, ut nomina sol-

revocatum animum dicas, pariter ab hoc abhorret, quae quidem exposita est, officii ratio. Utriusque virtutis illius laude dignus esto, qui vel de suis impenderit, vel iussu domini egerit. Duas igitur praecipuas beneficentiae notas a facinore abesse vides; largitionem autem, eam fere, quam Iesus Lc. 6, 32. 35. notavit et qua episcopi rom. quinti saec. auram orbis terrarum christiani captabant (Eus. 7, 2—5.), oculis, opinor, cernis [27]. Belle sibi constitit homo iste in immi-

verent. Num quid beneficii hoc? Exile autem parab. ornamentum est huiusce, perquam vulgaris, modi, quo nomina expediri solent, lata expositio. — Denique male Lucas scripsit, in eo fuisse τὸν ἄδικον, ut victum ostiatim quaeritaret: nam de suo ὁ χρεωλυτήσας satisfecit domino! (Clark. et A. L. Z. 1801. 690.)

27) Quantum a se invicem distet ἡ δικαιοσύνη ἡ ἐν ἀλλοτρίῳ et ἡ ἐν ἰδίοις, ostendit loc. Ps. 112, 4. 6. 9, ubi δίκαιος, isque σκορπίζων, est διδοὺς τοῖς πένησιν; idem vero, si ᾠκονόμησε, διὰ τὸ σκορπίζειν nomen ἀδίκου accepisset. Nam sicut τὸ σκορπίζειν, quod in Psalmo laudi tributum, nostro in loco vitio vertitur: ita ἡ δικαιοσύνη etiam, quae in τῷ διασκορπίσαντι non erat, ex alio genere fuit, quam illa, quae in τῷ σκορπίζοντι. Sensit hoc Schulzius, vir S. V., qui vocem φίλων honestiori tantum illi, de quo praecipiatur, amicitias comparandi modo aptam indicavit (p. 78.). Quamquam hoc ipsum vereor ne paulo acutius dictum sit. Primum enim parum sibi constare videtur viri doct. disputatio: qui in eo erat, ut ad officium animum appelleret, ei non potuit nomen

nutione τ. ὑπαρχόντων τ. κυρίου; nisi quod modum illius mutavit et plus in eo esse coeperat consilii.

Deinde tantum abest, ut in *narratione ipsa* studium comparandi amicitias in officiis muneris habeatur, ut necessitas illarum ex perfidia demum orta dispensatori ipsi visa sit. Hic si fidem domini non fefellisset, neque φίλοις, h. e. liberalitate illa opus ei fuisset. Ne autem sero tantum hominem ad hoc prius iam impositum et cognitum etiam officium animum appulisse suspiceris, studium iste omne in eo collocabat, in quo non esset magnopere cur animum ad officium revocaret; eam autem causam, quae hanc vitae ani-

illud honestius videri, quam quo uteretur. Deinde qualiscunque iste fuit, ipse facile sibi videbatur φίλους ποιεῖσθαι, in suo quidem genere idem ipsi praestituros, quod τ. υἱοῖς τ. φωτὸς οἱ φίλοι praestituri dicuntur. Accommodari solet ad cuiusque non personam modo, verum sententiam quoque delectus verborum. Vox φίλων autem latius patet et in mediis, quas vocant, est. Denique non necessarium fuit, voce appellari nomen eorum, quos conciliaturus ille erat. Concisa est meditantium oratio, qui partem eorum, quae sentiunt, ore proferunt, partem reticent. — Hinc neque illud cuique probetur, quod δέξωνται perquam ieiune et ita impersonaliter dictum censuerunt, ut verbo οἱ δεχόμενοι suppleretur oratio. Impersonaliter dicendi duplex est genus: vel non appellas, quem dicis (ita Noster, qui ipse profecto nosset τ. δεξαμένους); vel ne dicis quidem certum quemquam (6, 38. 12, 20. Iob. 7, 3.).

mique mutationem praecipue flagitaret, plane deserebat, h. e. tempus spectabat, quo omni necessitudinis vinculo soluto officii quoque causa et ratio omnis sublata esset (ὅταν μετασταθῶ). In hoc rerum genere animi voluntas, in disceptationem vocata, ex rei et causae, quae suscipitur aut deseritur, natura et conditione existimari potest ac debet. Homo igitur iste, Lucam quidem si sequimur omnis poenarum timoris expers, ne habebat quidem, suae salutis ratione a rebus domini seiuncta, cur pristini officii, velut liberalitatis, memoriam animo susciperet. Neque factum hoc esse, id tum ex meditatione eius v. 3, in qua nulla officii aut certe necessitatis ad hoc redeundi memoria, tum ex eo apparet, quod partem tantum aliquam nominum expunxit. Cur quaeso is, cuius exemplo inducti οἱ υἱοὶ τ. φωτὸς omnibus bonis istis nocuis se exuere deberent, qui iamdudum largiri et sic munere mandato defungi deberet, qui hoc ipsum intellexisset, cui denique ad salutem suam reservandum nihil, immo quo plus de iis, quibus in eo esset ut privaretur, in illam impenderet, eo certior se ex rerum suarum difficultate expediendi spes esset, — cur igitur hic tam parum opportuno tempore rei alienae pepercit? Admodum φρόνιμον non dixerim. Quo animo iste fuerit, ex eo etiam elucet, quod reliquam sane (Mt. 18, 26.) e malis se expediendi viam, deprecationem, aspernatus, alia omnia quam domini lenitatem experiri maluit, novis patronis omnem suam fortunam committendam

putavit. (Prov. 19, 4.) Cum non adductus ad id necessitate, spem in domini gratia reponendam omnem statim ex animo dimisit et aliis se in consilio praeceps addixit, quippe quorum gratia si non per consuetam ac paene familiarem sentiendi agendique rationem, manifesto tamen hac nihil immutata etiam conciliari posset; cum igitur omnem rerum suarum curam ab officii ratione seiunxit, magnam in se suspicionem ita movit, ut consulto ei salutis viae, quam honesti formido quaedam si non praecluderet, certe impediret; alteram ab officio et fide abducentem illam quidem, expeditiorem tamen et tanquam tritam praetulisse, itaque fortunae tantum suae, non sui emendandi rationem duxisse, τ. μετάστασιν ἀποστάσει irritam facere voluisse videatur. At

b) num res, hoc consilio animo suscepto, sic, ut traditur, ex sententia successerit? [28])

Num dispensator a se impetrare potuerit, ut novo scelere rationis reddendae difficultatem augeret? aut herus, ut hanc temeritatem laudaret?

28ᵃ) De τῷ κυρίῳ v. 8. Quoniam, cuius haec sunt, κἀγὼ etc., eundem antea ipsum dixisse necesse est (cod. D.), Lucas, si ab oratione Iesu ipsius continuanda paulisper discesserat, in verbis ὅτι οἱ υἱοὶ etc. ad eam rediisse censendus est. Sed hic deserimur a Lucae usu dicendi; et qui post Bruckerum τ. κύριον Iesum dici censuerunt, propterea non audiendi esse videntur, quod (vana enim sunt, quae nonnullis in libris librariorum reperiuntur, orationis com-

Quum ille, poena τ. διασκορπίσεως ante, quam magnitudo huius comperta erat, decreta, non ha-

plementa) hoc uno in loco recessisse scriptorem suspicati sunt ab illa sua consuetudine, diversitatem dicentium verbis ἔλεγε δὲ et simil. significandi. In verbis 7, 29. 30. enim, si ea sunt Lucae, quum hic res alio tempore gesta in media docentis, non narrantis oratione interponatur, vestigium aliquod est, ex quo cognoscas, esse „interclusionem, intervenisse continuationi sermonis medium aliquem sensum" (Quintil. 9, 3.). 19, 26 Luc. simplici orationis Christi continuatione significare voluit, hunc interpellationis nullam duxisse rationem: ut neutro illo complemento opus esse videatur, quorum alterum (ὅτι) Künöl. S. V. vultu et gestu corporis a Iesu expressum putavit, dicens fortasse notum illum v. γὰρ usum dialogicum; alterum in librario monacho quidem, minime vero in Luca, qui structurae verbb. ad interpolationem (v. 25. coll. Mt.) accommodandae rationem haud facile neglexerit, necessarium videri potest. Nostro autem in loco de re traditur, quae non minus, quam de quibus antea traditum, ab eodem τῷ κυρίῳ gesta et ab eodem (Iesu) narrata videri poterat. Huiusmodi ambiguitati orationis Noster semper cavit (19, 11. 12.). Neque malo recte medeberis, si εἰπὼν in v. ἐπῄνεσε latere putaveris (N. theol. Annal. 1822. 137.). Satis audacter enim, quo videatur L. aliquando ita scripsisse, haud pauci illi loci tentandi sunt, in quibus, cur praetermissum sit voc. illud nonnullis in libris, non admodum difficile dictu est. 1, 63. hebraismi, immo graecismi ignarus aliquis v. λέγων cum v. 64. pugnare opinatus erat. 20, 2. quid quaeso moverit

beret, cur auctam criminis huius magnitudinem rationisque reddendae difficultatem magnopere reformidaret, multo etiam minus priorem rei pro-

---

quemquam, ut λέγων adderet? Immo hoc post εἶπον ineptum alicui visum est. Ita 3, 4. 16. 22. 18, 1. coll. 15, 3. 4, 41. 24, 7. Act. 15, 13. 14, 14. al. Quamquam hi omnes loci, in quibus tam manifestum orationis deinceps exponendae signum praecessit, ut possit alterum non a L. ipso additum videri, a nostro alieni sunt, qui praeterquam quod v. ἐπαινεῖν longe magis a simplici *dicendi* significatione discedit, in eo etiam ab illis differt, quod ὅτι orationi praepositum. Quibuscunque autem in locis hac voce praeposita simpliciter exponitur alicuius oratio, in iis vel εἶπε, λέγων, similia praecesserunt: 19, 9. 42. 9, 22. 20, 6. 21, 8. 19, 7. 5, 26. 15, 2. vel mutationis obliquae orationis in directam manifestissimum signum est secundae personae usus aut v. καί: Act. 1, 4. 5. 14, 22. atque adeo hoc posteriore in l. vox ἡμᾶς obliquae etiam orationi apta est; ut taceam, in Actis ad graecam magis effictam esse orationem. Quod reliquum est, voce ὅτι non in causa signif. tantum, (quod recte vir doctus ille nostro loco ineptum indicavit,) sed in sententia illustranda etiam nostros uti, omnes consentiunt. (Künöl. S. V. ita fere: ὅτι aut ὄντως, aut redundat.)

His ex optimo interprete ductis argumentis si res dirimi non potest, alia quaedam vix sufficiant (Schulz. 56—58.). Quoniam enim ὁ οἰκονόμος potius quam Luc. τ. πλούσιον vocaverat κύριον, potuit, licet non recte, eodem hoc nomine Iesu imposito, non maior h. l. nasci videri ambiguitas, quam 12, 42. — Ut Christi oratio commate 9. demum ad iudicandum sese converterit, necesse non est propter

curationem ratione huius reddenda domino probare, ac ne ταύτην τ. ἀδικίαν quidem, ut c. Plut. loquar, λύσιν ἐκείνης τ. διαβολῆς εἶναι vellet, fu-

vv. κἀγὼ κ. τ. ἑ. Transit enim oratio a laudando factum in suo genere ad praecipiendum, et ubi narratio ad usum audientium accommodari coeperat, ibi demum ad hos converti debuit. — Si τὸ φρονίμως ποιεῖν τῷ διασκορπίζειν, quod herus tam luculenter improbaverat, oppositum fuit, non hunc potissimum laudare oportuit, quo de exitu causae existimaretur et „parab. bene concluderetur;" modo alteruter laudaverit (praeter Schulz. Gsm. 48. Conz. in Henkii N. Mag. 1800. 187.).

Qui autem Schulzii S. V. sententiam eo, quod Lc. inter narrandum quoque Iesum τ. κύριον appellare consuevisset, vel tantillum labefactari opinatus est (N. th. Ann. l. l.), is demonstrare debebat, nemini praeter Iesum nomen illud ap. Lc. imponi. Viderat Schulzius, nihil ex illo L. peculiari usu effici nisi hoc, ut possit, si alius ab eodem receptus dicendi usus non obstet, Iesus a L. dictus existimari.

28 b) Ἐπαινεῖν τινα non in simplici approbatione et assensu (Schulz. 56.), ut ἐπαινεῖν, ἐπαινεῖν τινι, ἐπαιν. τι, sed in laudatione (quod discrimen, ubi quidem intererat fieri, Romani quoque faciebant, Cic. de prov. cons. 10. fin. Mil. 28. Divers. 7, 1. 5, 20.) in usu fuit. 1 Cor. 11, 17. 22. 2. nisi sit *laudare* h. e. vel inopinatum vel gratum tibi accidisse profiteri, quod possis probare, ieiuna oratio est. Nostro in loco oppositum: τί τοῦτο ἀκούω;

28 c) Mitto, quae intpp. singuli de quaestione supra proposita variam in partem disputarunt. Possit autem aliquis, qui de hero quoque male sentiat, disputationem suam ita illustrare et exornare, ut

turae autem salutis ratio quaedam; qua a praeteriti quoque temporis iniuria tuta omnia, non casui commissa essent, invenienda videretur, hoc tantum cavendum erat, ne nova iniuria illata recens illata videretur. Homo igitur versutus, qui paulatim nefarie agendo in hanc nefarie agendi consuetudi-

---

haec duo sumat: primum Christo propositum fuisse, ut doceret, quo modo οἱ υἱοὶ τ. αἰῶν. τ. suam suae φρονήσεως admirationem tum factis tum verbis (iudicando) exprimerent; deinde, verbis ὅτι οἱ υἱοὶ etc. heri sententiam a Iesu exponi. Hoc orationi Graecorum et Lucae, illud personae et rebus Christi non inconveniens est. In altero enim τ. υἱῷ τ. αἰῶν., domino, studium causam τ. γενεᾶς αὐτοῦ contra invisos τ. υἱοὺς τ. φωτὸς defendendi avaritiam ita superasse existimabitur, ut opportuno importunae unius ex eadem τ. γενεᾷ φρονήσεως exemplo uteretur, et, quemadmodum hic facto, ita ipse iudicio τ. φρόνησιν sui generis, totam illam ad leviorem (Pharis.) disciplinam, quae speciem verae prudentiae prae se ferret, accommodatam, ostentaret eandemque religiosas illius τ. υἱῶν τ. φωτὸς in salute appetenda ἀπορίας irridendae causa laudibus efferret. Eodem maligno animo τ. υἱοὺς τ. φωτὸς dixerit. Idem iste nefarium facinus φρονίμως ποιηθὲν et φρόνησιν talem τ. υἱοῖς τ. φωτὸς expetendam dicere potuit. Quod damnum acceptum contemnit, id pretium et dignitatem τ. φρονήσεως auget. Ipse laudem τῇ γενεᾷ circumscribit, quia ita sua τ. γενεᾷ delectatur, ut ipse ultra huius rationes illam non valere ultro concedat. Iesus, tanquam perfecto hoc sentiendi agendique rationis vulgaris simulacro, suam sententiam dicit. — —

nem devenerat, rem ita iustituit, ut dominus damnum, quod tum demum accepit, illo ipso tempore, quo τὰ ὑπάρχ. διεσκορπίσθη, acceptum, amicitias igitur illas eodem tempore comparatas putaret; qua prudentia illo tempore probata, nulla videri potuit ad scelus facta esse accessio, quia nulla ad damnum; immo laudari potuit, qui in illa τ. διασκορπίσει non omnem salutis curam animo deposuisset. Ipsa necessitate rationes proferendi (facile autem hae corrumpi possunt, modo constet sibi ipsi circumscriptor, Verr. III. §. 77. Flacc. §. 20.) maxima opportunitas dabatur novissimam τ. διασκόρπισιν ad priorem universam referendi. Magna quidem fuit difficultas eludendi vel invidiosam vigilantiam inimicorum, qui in deiectum suo loco acrius involaturi erant, vel suspiciosam diligentiam domini, qui in delatum tam severe animadvertisset. Verumtamen ut prior bonorum dissipatio, ita suspicio quoque in hero exorta non necessario ad fraudes potissimum pertinuit; non habuit hic, sicut nos, rem omnem oratione proditam et ante oculos positam. Ac si vel prius iam huiusmodi quid commissum putaverit, dato tamen homini tempore ad idem denuo committendum idoneo, credidisse sese ostendit, metu istum a novo scelere moliendo avocatum iri. Inimicos quam facile tempus, quo postrema haec dissipatio facta, ita celari potuerit, ut suspicionem tantum movere valerent, id quidem apparet. In debitoribus autem, qui, quo magis beneficii a solo procuratore accepti fructu

fraudisque conscientia et communione coustricti tenerentur, eo certiores futuri erant amici, metus si non avaritiae utilitatisque vi superatus, ea tamen quam dixi dispensatoris arte plane sublatus fuit. Denique in existimanda huius solertia praetermitti non debet desperata rerum eius conditio.

Φρονίμως autem gestam rem dixit dominus, quia nesciebat, ὅτι οὐ φρονίμως. Qui e christianis antiquissimo tempore scripserunt, non simpliciter (sicut Alexandrini, Hebraeos ita de utilitate sentientes, ut pietatis ratio eam moderaretur, secuti) rerum divinarum curam φρόνησιν dicunt, sed ad similitudinem rerum humanarum. Mt. 7, 24. 25, 2. Luc. 12, 42. De his ipsis Mt. 10, 16. De iudicandis illis 2 Cor. 11, 19. 1 Cor. 10, 15. 4, 10. al. Alieni a re sunt loci Luc. 1, 17. 1 Cor. 13, 11. Gal. 5, 10. Phil. 1, 7. al. ubi φρ. vox media est. Hinc Luc., ubi de usu narrationis a Iesu praecipitur, quo in loco Alexandrini v. φρονήσ. prae ceteris usuri fuisseut, et eiusdem vocis, quae in narratione posita, usum perspicuitas orationis flagitare videri posset, quoniam haec ad ipsas divinas res deflexerat, πίστιν dixit. Et herus quidem ὁ ἐν τοῖς τ. αἰῶνος τούτου neque ad deum neque ad se τ. φρόνησιν τ. οἰκ. retulit, ut pietatem ab hoc rursus animo susceptam dixerit. Factum enim hoc esse ne videri quidem ei poterat. Prudenter autem fecisse eum dicere potuit, quem inter dissipandum opes non omnem futuri temporis curam ex animo dimisisse

videret. Quum autem idem et φρόνιμος et ἄδικος dicatur, atque usus v. prioris, licet haec non ipsam honestatem significaret, ad probabilem tamen rem solam pertinuerit, neque sit, cur male de hero sentiamus, neque vero etiam huic ἡ ἀδικία superioris temporis hac τῇ φρονήσει sublata videri potuerit, necesse est mala voluntas, quae huic subesset, ita (modo supra dicto) a ministro tecta velataque fuerit, ut animus quidem, quo futuro tempori prospexisset, a τῇ ἀδικίᾳ tanquam separatus videri posset. Namque herus, si hominem hoc consilio, ut aliorum amicitias expeteret, perfide in se egisse, consulto fraudem ad salutis curam applicuisse, exploratum habuisset, si „modum facti a facto discernens" recentem hanc fraudem patefactam sibi ostendisset, honesto illo nomine haud facile usurus fuisset. Probavit hero φρόνησιν procurator, cum callide egit; non cernebatur autem ἡ φρόνησις in ipsa calliditate, quae verbo plane non expressa est: non cernitur enim ἡ φρόνησις in praesidiorum consilio aliquo potiundi delectu, sed in eo, ut mens animusque appellatur ad id, quod vere conducat. Sir. 19, 22.

Quod reliquum est, φρονήσεως υἱοῦ τ. αἰῶν. τ., non eius, quae τ. υἱῶν τ. φωτὸς esse debeat, exemplum propositum esse, his verbis docet Christus: ὅτι οἱ υἱοὶ etc.

Descriptio haec hominum ipsa quidem (Io. 12, 36. Eph. 5, 8.) apud Luc. tantum reperitur, ita autem in illa futurae et praesentis rerum conditionis distinctione, in qua omnis Messiae disci-

plina secundum omnes rerum eius scriptores versatur, posita tota et ad eam ficta accommodataque est, ut nec „saeculo Rom.“ (Wetst.) opus sit, nec satis appareat, cur L. de re sensisse etiam suo quodam modo dicatur (Schulz. 69. 70.). Inprimis autem, quae solet esse in nostris quoque de eadem re disputandi varietas, studium tum principales tum peculiares scriptori sententias investigandi ita definiendum videtur, ut ad genus unum magis, quam ad sententiam eandem loci singuli revocentur [29]. Non est, ut

29) Hinc singularem quandam Lucae et Pauli de ἀναστάσει τ. δικαίων separatim futura sententiam in his certe locis inesse non putem: Lc. 20, 33—36: non est hominum ipsorum, sed appellationis tantum eorum distinctio; eaque inde exorta, quod Iesus, quia cum solis Iudaeis de sua ipsorum ἀναστάσει dubitantibus agebatur, duplici modo docere constituerat, quibus de causis hos potiss. ad hanc expectandam animum inducere oporteret. Primum negative, ut difficultatem, dubitationis motae caussam, de praestantia futurae conditionis exponendo removeret; usus opinione illa iudaica nec Sadd. ingrata, qua cuncti legitimi τ. βασ. κληρονόμοι sibi videbantur, (hinc nominum splendor); deinde positive, ut difficultatem, quam dubitatio ipsa haberet, ex ipsorum libb. s. afferret, (hinc voc., quod mortem potiss. indicaret). Est igitur dicendi ratio tantum duplex, nunc splendidior nunc tenuior. Articulo et nominibus υἱῶν αἰῶν., καταξιωθ. non dividuntur Iudaei in duo genera pro dupl. ratione dignitatis, quippe quae in omnibus par esse videretur; sed cuncti Iudaei dicuntur, iique pro temp. diversitate

mihi quidem videtur, in loco 20, 36. ea, quae in nostro est, nominis τ. υἱ. τ. αἰῶν. invidia; hic

nunc in hoc nunc in altero τ. αἰῶνι degentes. Vocab. καταξιωθ., praestantiae alterius τ. αἰῶνος, non hominum, significandae causa delectum, sicut verba τ. ἀναστάσ. υἱοὶ ὄντες, vim argumentationis auget. Quae argumentatio ut dubitationem tolleret, Iudaeorum τ. ἀνάστ. dicere satis erat: nam hi quidem octo illos in numero τ. δικαίων fore credebant. — Luc. 14, 14 obiter mentio facta τ. ἀναστ.; de natura eius non exponitur; vox δικαίων autem, pars pro genere posita ideo, quod Iesu, de honeste facto agentis, τ. ἀνάστασιν ζωῆς potiss. (a τῇ κρίσεως re, non tempore diversam Io. 5, 29.) commemorare intererat, quo τ. εὖ ποιήσαντα in τ. δικαίοις habitum iri obiter significaret. Non necessarium hoc fuit, sed commodum tamen; atque haec v. δικαίων ex ceteris deligendi causa sufficere videtur, donec e manifestioribus testimoniis appareat, Luc. a Ioanne dissensisse; quum praesertim, de quo paulo post ap. Luc. relatum est, sermo Christi in corrigenda ista arroganti Iud. expectatione versetur. — 1 Thess. 4, 14—16: christianis solis, propter suos ante τ. παρουσίαν vita defunctos sollicitis, Ap. voluit solatium afferre, idque, ut par erat, e christiana disciplina petitum. Hinc ex eo, quod τ. λοιπῶν ἡ ἀνάστασις non commemoratur iidemque spe huius nulla erigi dicuntur, non temporis τ. ἀναστ. eorum distantia, immo potius, si spem cum exitu rei commisces, hoc efficitur, ut Ap. eos in vitam redituros esse omnino negaverit. Verum hic, qua spe isti careant, ea suos, quum ipsis data sit, uti iubet. — Act. 24, 15 universitas hominum, non temporis diversitas: cf. Mt. 5, 45. — 1 Cor. 15, 23. 24 τέλος non νεκροί: cf. 10, 11.

enim sentiendi rationis, illic conditionis rerum pro utriusque τ. αἰῶνος differentia fit contentio; ita quidem, ut 20, 36. in hoc τ. αἰῶνι viventes viventibus in altero opponantur, 16, 8. autem prioris τ. αἰῶνος rebus dediti et appetentes bona alterius, utrique in eodem hoc αἰῶνι viventes, inter se comparentur [30],

---

30) Non videtur εἰρωνεία in appellatione τ. υἱῶν τ. φωτὸς inesse et haec ad Pharis. pertinere (Gsm. 51—54. Möll. 232. Hanius Schrifterkl.), quia primum magnificentia nominis non ea est, quae reprehensionem non ferat. Si quidem duplicem hebr. huius formae dicendi potestatem esse memineris, et ex iis locis, ubi de hominibus in τούτῳ τ. αἰῶνι viventibus agitur, quam ex minus apto loco L. 20, 36. iudicare malueris, videbuntur esse οἱ υἱοὶ τ. φωτὸς non tam „viri sapientes et honesti, quibus nihil desit," quam ii, qui ad hanc optimam et animi et rerum suarum conditionem adspirant, immo debent adspirare. 1 Thess. 5, 4—8. Phil. 2, 15. Eph. 5, 8. Col. 1, 12. 9. 10. Rom. 8, 14—16. et οἱ ἀγόμενοι et οἱ λαβόντες. Recte Cleric.: υἱοὶ τ. φ. ne sont pas les gens de bien, mais ceux qui savent ce qu'il faut faire pour l'être, quoiqu' ils ne le fassent pas toujours. — Deinde frequentior verae sententiae dissimulatio non reperitur in orationibus Christi adv. Pharisaeos. Luc. 11. 52, ut hoc utar, in solis his verbis: τ. κλεῖδα τ. γνώσεως ironia inesse quodammodo possit. Tum vero dicendum erat: καλῶς κατέχετε τ. κλ. τ. γνώσ., vel: o miseros populares meos, quorum magistri ἦραν etc. h. e. stulti isti invidiae suae se satisfacere opinantur, dum a sapientiae suae usu arcent. Quumque vv.

Hanc utriusque hominum generis inter se contentionem ita factam plerique censuerunt, ut τ. υἱοῖς τ. φωτὸς prudentia τ. υἱῶν τ. αἰῶνος, quippe

---

οὐαὶ et αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε nullo; quemcunque fentes, modo ad irridendum errorem valeant, en miram ironiae et accusationis confusionem. Denique tollit ironia crimen, quod commiserant οἱ νομικοὶ, cum verum, quippe qui causam Christi tueretur, sensum τ. νόμου (τ. γνῶσιν) subvertebant. — Tum vitia Pharis. enumerare non expedit, nisi, quoniam oratio ad alios se converterat (v. 1.), vel nomen illud vel vitium in hoo sermone reprehensum ita ad Phar. pertinuit, ut ultro quisque hos notari suspicaretur. Commemorant quidem Hanius, Boltenius Iudaeorum בְּנֵי עַלְמָא et בְּנֵי אוֹרַיְתָא verum apud nostros φῶς non sapientia in genere, sed christiana est. De σοφίᾳ τ. Φαρισ. multus est Ioseph.; φωτὸς vocabulo nusquam usum eum esse vidi. — Denique ii, quibus praecipitur, a τ. υἱοῖς τ. αἰῶν., φρονήσει iam praeditis, pariter atque a τ. τοῦ φωτὸς sccernendi, ex quonam tandem genere fuerint? Non reperio ullum nisi eorum, qui nomen a τῷ φωτὶ invenerant, quoniam ita se in disciplinam Iesu tradiderant (v. 1.), ut, animis a τούτῳ τῷ αἰῶνι ad τὸ φῶς conversis, digni quidem essent, qui ab hoc potius quam ab illo nomen invenirent, sed virtutem quandam (sequor enim hic consulto sententiam eius, qui ironice dictum censuit) novo vitae genere haud indignam in hoc non transtulissent. Percommode igitur, quibus v. 9. expetenda esse res, iisdem haec v. 8. deesse dicitur, et causam praecipiendi insequitur ipsum praeceptum.

qua inferiores illi essent[31]), expetenda diceretur. Pugnat cum hac sententia, si recte supra de φρονίμῳ facto procuratoris disputatum est, parabolae argumentum. Atque ex laude ab hero, non a Iesu dispensatori tributa, quae ipsa est *pars narrationis*, non rectius quam ex aliis quibusque locis historicis, in quibus nefarie facta honorifico φρονήσ. nomine s. per nequitiam s. per errorem ornantur (Arch. 12, 4, 5. Sirac. 20, 27.), naturam facinoris iudicari, atque adeo Christi sententiam cognosci non posse, intelligitur. Itaque nihil aliud agendum interpreti videtur, quam ut causam, ob quam res in hanc potiss. partem versa sit, indaget et circumspiciat, quid, qui docuit parabolam, de *utraque huius parte*, tum de facinore, tum de existimatione quadam eius, censuerit.

Atque de his duobus locis in altera huius quaestionis parte ita disputandum erit, ut, num ea, quae h. l. de narrationis et praecepti ratione inter se dixero, causis vel speciatim ex huius

---

31) Ὑπὲρ (Schulz. 71.) prorsus eodem hoc modo Hebr. 4, 12. (Aen. 1, 347 ap. Wetst.) et simili certe Gal. 1, 14. — In ὑπὲρ inest vis comparationis, etiamsi haec non sit aliis verbis expressa; in παρὰ autem, si ita est, vis negationis. Lc. 13, 2. 4: „num alteros solos, alteros plane non peccasse.“ Rom. 1, 25: τ. κτίσιν omni, τ. θεὸν nullo cultu prosecuti. 14, 5: de dieb. aut faustis aut infaustis. Plut. Coriol. 18. p. 222. cf. prae cet. Winer. S. V. gr. N. T. 164.

loci vel generatim ex rerum sermonumque Iesu et commentariorum Lucae ratione et natura repetitis defendi possint, cognoscatur.

De hoc proposito autem loco, posteriore v. 8. parte, sic existimo. Haec pars, media interiecta inter narrationem et huius accommodationem ad usum vitae audientium, prioris sententiam et causam breviter exponit, itaque viam quasi munit ad alteram. Neque igitur παρένθεσις, quam vulgo dicunt, aut appendix est (Seitenbemerkung), et ab accommodatione, v. 9, probe secernenda est. (Eadem est ratio duarum partium commatis 14. capitis 18.) Οἱ τ. αἰῶνος τούτου iactabant non solum suam prudentiam, sed conferebant etiam se cum τ. τοῦ φωτός; hinc generis utriusque contentio inter se. Iidem illi ita hanc faciebant contentionem, ut ipsi essent prudentia superiores; hinc φρονιμώτεροι. Hancce sic comparatam et, ut fit in emendandis et circumscribendis, καθ᾽ ἀνθυποφοράν, integram, germanis verbis expositam rerum utriusque generis existimationem finibus suis describit Iesus; hinc verba εἰς τ. γενεάν [32]). Ad eandem definiendam

32) Γενεὰν vitae tempus, indolem animi, τὰ πράγματά τινος (Grot. Berth.) dici censuerunt: sed librorum sacrorum tum intpp. tum scriptores graeci mirifice sibi constant in hoc duplici vocis usu, ut, licet prima significatio (progenies, gens) non plane exolevisset apud priores illos, longe plurimis tamen in locis complexionem vel hominum eiusdem aetatis vel annorum quorundam dicant. Singula

inpr. pertinuisse orationem Iesu; et hisce verbis,

loca perlustranti mihi in his solis; sed fallor fortasse, difficultatem aliquam habere visa est interpretatio. Gen. 6, 9. et Act. 13, 36: scriptor libri Geneseos hoc inprimis agebat, ut pium Noachum cum impiis aequalibus conferret; Luc. autem, ut aetatem Davidis et quod haec ferret, discerneret a nova rerum institutione; nisi forte ad locum 1 Reg. 15, 5. accommodate dictum suspiceris. Act. 8, 33. ex Alexandrino est, saepe vocabulorum hebr., non sententiae verborum interprete. Zeph. 3, 9: oculi fefellerant aut librarium hebr. aut interpretem ipsum; scripsit hic tamen γενεὰν, quia solitus erat דּוֹר sic interpretari. Utram illarum, quas dicebam, γενεὰν dicendi rationum Luc. nostro in loco (nam cf. inter se Ev. 7, 31. et Act. 2, 40.) secutus sit, non ita multum quidem interest; modo hoc, quod τ. αἰῶνος utriusque inter se contentioni hic factae conveniens est, non praetermiseris, τ. γενεὰν (subiective dictam) τῷ αἰῶνι τούτῳ (obiective dicto) definitam esse. Malim tamen aetatem quam hominum nationem dictam existimare, quandoquidem γενεάν τινος non memini me sic in Nostris scriptum videre, ut aequales dicerentur. Ceterum quam inepta sit, si tempus vitae in genere dici putes, illa, cuius signum articuli traductio (τὴν ἑαυτῶν) est, orationis vis et verborum oppositio, facile intelligitur.

Εἰς. Hebraei num בְּ pro אֶל scripserint, dubitari possit fortasse hisce in locis: Ies. 38, 10. (coll. Iob. 10, 21.); discedam e vita (Ps. 39, 14.), orco tradar (deponar in orco: Ps. 31, 6. 2 Reg. 5, 24.), dum residui sunt anni mei, diutius vivendi facultas est. Sic si interpreteris, ad elegantiorem partium

in quibus inest definitio, id, ad quod contende-

---

concinnitatem effîcta est oratio; haec autem mortis circumscriptio, „desideror reliquos annos," multum discedit a simplicitate orationis, nec personae et animo *suam* fortunam deplorantis satis apta videtur. — Iud. 6, 35: in der Provinz herum, per provinciam, quod accommodatius negotio praeconum. — Lev. 16, 22: commemorata (v. 21. ubi recte הַמִּדְבָּרָה) hirci et delictorum (v. 22.) asportatione, minus commode duxeris denuo mandatam hirci asportationem; שִׁלַּח est dimittere liberum (14, 7. al.) in deserto, quo iam perventum. — הֵפִיץ *dissipare*, בְּ, ut nos, et Deut. 30, 3. Ex. 5, 12.; *eiicere*, אֶל, Ezech. 34, 21. — Ies. 3, 14. grandius et poëticae Ies. orationi aptius: er kommt mit Gericht, affert secum iudicium (Lehrgeb. 815, b). — Hos. 12, 10. ut Lat. *collocare* in loco. — Secus est, opinor, in hisce locis, quibus similem nullum in N. T. scriptoribus repereris: Ps. 69, 28. Ies. 52, 1. Hos. 12, 7. coll. Ps. 22, 28. al. Vix fuit tanta in hebr. scriptoribus, minus politis et a lingua quasi desertis, constantia orationis accurateque dicendi cura, ut praepositio ad sensum verbi, ad conditionem, quae sequitur motum, accommodate delecta videri possit; praesertim quum iis, qui non flectebant nomina, maior esset confundendi opportunitas.

אֶל non pro בְּ: Ies. 66, 17: lustrationes spectabant ad sacra in hortis celebranda, fiebant extra hortos, domi. — 1 Reg. 8, 30: parallelismus verborum הִתְפַּלֵּל et שָׁמַע אֶל מָקוֹם non in structura ipsorum sola inesse videtur; sed rex accommodavit structuram v. שָׁמַע ad hanc sententiam, ut preces,

ret oratio dicentis, contineri, ostendit inprimis ar-

---

sicut ad hanc in his terris exstructam sedem quasi dirigantur (nos quoque ita; et Iudaei quidem per modum etiam suum precandi, quippe qui haud facile precabantur sine gestu corporis; cf. v. 38. fin.), ita penetrent ad veram dei sedem. cf. Mt. 10, 27. Sustulit Chronicorum scriptor difficultatem, ut solent recentiores, 2 Chr. 6, 25, sed sibi non plane constitit, vid. v. 27. — Thren. 2, 12: anima effusa in sinum. — Gen. 6, 6. vertit se moeror Iovae in se ipsum, ut fit in iis, quos poenitet כִּי עָשׂוֹ, cf. עָצַב 1 Sam. 20, 34. et לֵב Exod. 9, 14. — Ezech. 2, 6. 1 Sam. 10, 22. ut nos: wohin verstecken. cf. Mt. 13, 33. — 1. Sam. 21, 5. in meine Hand ist kein profanes Brod gekommen; quod sacerdote dignius. LXX. ὑπὸ χεῖρα εἶναι. — Iob. 5, 5. אֶל *adeo.*

Usus voc. לְ ad utrumque relationum genus patebat; ita tamen, ut in certis tantum modis quibusdam relationis, compositione verborum definitis, prima vis, ut fit diuturno usu, exolesceret: לְבַד, לִפְנֵי, לְ nota genitivi, *alicubi*, si non est *intus* potissimum, al. (Ps. 45, 15.). Verumtamen non pro בְּ dictum videtur in his locis: Gen. 45, 1. (coll. Ies. 63, 15.) *erga.* — Ies. 5, 1: ein Lied *auf.* — Ps. 69, 22: לְ dativi; gegen; cur ita potissimum: *in* meinem Durste? —

His igitur et similibus in locis dubitari fortasse potest, an Hebr. praeverbiorum ipsorum vim et potestatem ad Verborum rationem accommodaverint potius (Gesen.), quam vicissim.

Alexandrini in his, de quibus disputavi, locis nunc imitati sunt Hebr., nunc discesserunt ab iis:

ticuli repetitio (τὴν ἑαυτῶν); quae minus necessaria,

Iud. 6, 35. 1 Reg. 8, 30. Deut. 4, 27. 30, 3: et in istis quidem non magnopere consilium fuit; ut dubitem, an interpres Esth. 1, 5, ubi בְּ, propterea εἰς scripserit, ut diceret urbanos, peregrinis oppositos, tanquam inclusos in urbem, perpetuo hic commorantes, et Gen. 21, 2. ita, ut inciderit partus in senectutem Abrami, in tempus constitutum. Lc. 1, 20.

Librorum N. T. scriptores, minime Alexandrinorum pedissequi, particularum inprimis usum, ad quem rerum iud. et graecarum discrepantia non pertinuit, consuetudo autem, quae illis fuit cum Graecis, non potuit non plurimum valere, ad horum consuetudinem dicendi facile revocabant et accommodabant. Hanc ipsam autem quae invaserat illa aetate corruptela, fundamenta quidem antiqua non evertit. Mutatio, quam lingua a diversissimis nationibus usu recepta non potuit non subire, magis in formis et appellatione verborum atque in horum vi et potestate, peculiari nationis cuiusque rationi de suis rebus sentiendi quasi subiecta, quam in iis vocc. cernitur, quorum causae in communi natura humana positae sunt. Hinc minor recentiore tempore esse coepit τ. ἑτερολογίας Nostrorum suspicio: valuit tandem auctoritas Grammaticorum.

Apud Graecos igitur quoniam non ad exitum Nominis etiam (εἰς c. dat.) pertinuit illa confusio, neque praeverbiorum εἰς et ἐν potestas mutata est. (Dico enim de ea aetate, qua ἐν (εἰν) et εἰς a se discerni coepta erant et prisca utriusque cognatio (boeotica) exoleverat, licet non plane extincta fuerit). Hinc Grammatici, sicubi Verbo rei conditio, *esse*, praeverbio causa huius expressa esse videbatur, germanam utriusque potestatem ita integram con-

minus etiam apta fuit, si excellentia prudentiae

servatam duxerunt, ut duas sententias una verborum structura inter se coniunctas esse dicerent. (Non satis accurate nonnulli ex his quoque, sensum dicentes, ubi de significatione dicendum: „*εἰς sicut ἐν* dici;" quo sit illud *duarum* dicendi rationum compendium, *εἰς* habeat suam potestatem necesse est). Sed habet illud — ut dicam, quanquam non sine magno metu, quod sentio — aliquid duri; si quidem, quo recte dixisse videaris illum in dicendo dualismum, ita hunc animo informas, ut neque Verbi significatio mutata sit, *immanentis* igitur et *transeuntis* signa (Verb. et praep. *εἰς*) simpliciter coniuncta sint. Nam simplex coniunctio non efficit consensum partium sibi oppositarum; in diversis tantum notionibus locus esse videtur illi confusioni. Attractio et aliae huiusmodi poëticae inpr. et rhetoricae transpositiones verborum non sunt ex hoc genere communi et longe latius patente. Fortasse, sublato illo sententiarum compendio, quam bipartitam vim in praeverbiis illis inesse voluerunt, eadem in Verbum transferri possit; ut in hoc etiam genere sint *voces* quaedam *mediae* h. e. eiusmodi Verba, quorum ipsorum prima significatio utriusque praepositionis illius potestati apta sit, itaque utrum in Verbo *immanentis* an *transeuntis* significatio quaedam sit, ex praeverbio iudicetur.

Nequaquam traducitur hoc modo iniuria praeverbiis fieri solita in Verba. Illorum enim potestas, quae ad id effecta sunt, ut signa essent variae verborum inter se rationis, non minus definita sit necesse est quam Nominum Verborumque variae terminationes. Sicut harum potestatem definivit radicis declinatio, haec ipsa autem definita est, ea-

τῶν τ. αἰῶν. celebranda, et obiter tantum, quo ge-

dem est ratio indeclinabilium praeverbiorum; quorum singulorum vis ita tantum ultra unum quoddam relationis genus pertinere potest, ut cum variis (tribus) terminationibus Nominum construantur (velut ὑπὸ c. tribus casibus): quam variationem si declinationem praepositionum appellare volueris, appellationis temeritatem superabit veritas rei. Haec structurae varietas quoniam in nostra duo praeverbia non cadit, haec causa est, ob quam neutrum eorum utriusque rationis eius, cuius differentia tanta et discrepantiae ipsorum causa est, signum recte habitum esse supra censebam.

Alia est ratio Verborum. Haec enim non relationem, sed causas huius, conditionem et actionem, significant. Verbum non est copula: commentitia videtur esse haec pars orationis, qua minime opus est, quum simplex compositio Subiecti et Praedicati relationem satis luculenter indicet. Explicatione autem illa partium Verbi, καθῆσθαι = εἶναι καθήμενον, non efficis copulae et Praedicati disiunctionem: in Participio inest rursus illa copula. Verbum ipsum est Praedicatum, nunc simplex, nunc περιφραστικὸν s. separatum (ich komme — ich bin gekommen; ich bin gestellt — ich stehe; ich kränkle — ich bin kränklich; ich schlage — ich bin verletzt. Inest autem v. εἶναι singulis Verbis non aliter, quam inest etiam in Nominibus). Praedicati igitur et Subiecti rationes inter se sicut pro efficientiae (Generum Verbi), modalitatis, temporis, loci (Personarum), quantitatis (Numerorum) diversitate variae sunt et suis quaeque signis, in voce ipsa conspicuis, distinguuntur; ita alter quidam modus

nere circumscripta ea esset, dicendum erat. Ad

Verba (et Nomina) declinandi, varias rationes significandi, quem *separatum* dixeris, est usus praepositionum, (quod nomen a loco, causa pusilla, inepte ductum). Hanc si mente informasti vim et potestatem praeverbiorum, intellexisti, opinor, quid sit, quod complurium ex his naturae unius Verbi natura apta sit, et vicissim; et cur, ubi diversae atque adeo oppositae potestatis praeverbia cum uno Verbo coniunguntur, hoc ipsum natura sua, nullo altero afflicto, generibus illis relationis par esse oporteat. Ut non possit illud fieri, si quae praepositiones oppositae sibi sunt, hoc singulorum tantum quorundam Verborum natura efficitur, h. e. eo, quod vis Verbi alicuius non tam late patet, ut utriusque praev. potestas conveniat. Atque sunt, in quae hoc cadit, ea praecipue, quorum ipsorum potestas, impressa formae eorum altera contraria praepositione, definita est (καταβαίνειν ἀνά). Differunt ab his ea, quae *media* vocabam, et ex quibus nonnulla hanc tantum ob causam videntur ab alterutrius praeverbii natura abhorrere, quod cum altero ea construendi longe crebrior fuit opportunitas, itaque alteri apta potestas usu fere exolevit.

Dico autem omnia ea Verba, quae Neutra dici placuit (Herm. de emend. 179.); recte illud quidem eatenus, quod formae activae et passivae nulla est in iis distinctio. Non sunt autem aut activa aut passiva, sed passiva tantum: conditio enim s. status, cuius signa sunt illa Verba, est *effectum* quid. Sunt illa pleraque perfectis passivae formae graecae plane paria, signa actionis perfectae s. a Subiecto ipso s. ab alio quo; signa igitur status, conditionis praesentis. Atque hanc

eadem haec verba argumentum narrationis rela-

---

esse neutralium Verborum originem, cum forma nonnullorum ex iis (velut prisca forma v. εἶναι, πεποίθω. δεδοίκω, *laetor*, al.) ostendit, tum superstes illa duplex, et activa et passiva, inprimis cum praeverbiis illis ea construendi ratio. Horum enim alterum origini Verborum illorum aptum est (εἰς); alterum ei potestati Verborum, quae ex priore nata nunc quidem potior habetur: h. e. alterum actioni (passivae), alterum conditioni ex hac effectae. Re non differt haec ab illa, quippe quae est perfecta; atque Neutra a Passivis Perfecti eo solum differunt, quod nos, ubi his utimur, causam etiam conditionis praesentis animo spectamus, ubi illis, praetermittimus. Verum inest tamen Neutris propter originem h. e. per naturam suam utraque notio; modo accesserit signum, ex quo, utram tu, qui dicis, potissimum spectes, cognoscatur. Itaque non permittit solum, sed poscit etiam natura horum Verborum utriusque praepositionis illius usum, et eius quidem, quae ab iis aliena habita est (εἰς), eo magis, quo frequentior esse consuevit usus alterius (ἐν).

Nunc sigillatim; et primum quidem de simplicissimo Verbo neutro εἶναι. Est autem haec vox per se plane ἀδιάφορος s. media, h. e. et τὸ ποῦ et τὸ ποῖ (πόθεν-ἐκ) in ea latet. Si dicis εἰμὶ ἐν τόπῳ, εἶ εἰς τόπον haud dubie, sed non exprimis hoc voce; sin dicis εἰμὶ εἰς τόπον, ne dubita, ἐν τόπῳ te εἶναι, licet id potissimum non dixeris hoc tempore. Signa, ex quibus appareat, utrum modum τοῦ εἶναι tu, cum dicis εἰμὶ, spectes, praeverbia illa duo sunt. Ut alter ille modus, conditio, saepissime non suo signo, ἐν, significetur, hoc eo efficitur, quod aliis hoc fa-

tum duco: quippe cuius argumenti explicatio

---

ctum est orationis reliquae modis, in quibus illud signum delitescit; atque non minus saepe ipso illo signo uteris; utrumcunque autem feceris, signum conditionem etiam verbo εἶναι dicenti necessarium esse ostendis. Atque ex hoc eodem de eo existimandum puto, quid sit in usu vv. ποῖ et ποῦ aut scriptorum aut librariorum arbitrio tribuendum. Lob. Phryn. 43. Pors. Hec. 1070. Duo tamen tantum genera sunt modum τοῦ εἶναι definiendi, de quo genere duplici supra dixi generatim. Ac si illic recte disputatum est, silentio praetermitti et potest et debet eorum opinio, qui non modo addita esse promiscue Verbis neutris duo illa praeverbia, sed recte etiam factum id esse contenderunt. Neque vero etiam altero Verbo, tanquam auxiliari, (confusione structurae, attractione) opus esse iudico, ut εἶναι εἰς, ἐκ dicere possis: ob eandem, quam dixi, causam idoneum est signum motus sola praepositio; si v. εἶναι vox media est, non rectius addideris verbis εἶναι εἰς, ἐκ Verbum ἐλθόντα, quam verbis εἶναι ἐν Verbum ὄντα. Praepositione εἰς Verbo εἶναι adiecta, non aliam hoc subit mutationem, quam si καλῶ in καλοῦμαι, aut εἰμὶ in ἦν deflectitur: ut haec declinatio est signum translationis in aliud tempus (ἔσομαι, εἰμὶ ἐσόμενος), ita εἰς est signum traductionis in alium locum. Principalis Verbi vis non tollitur, nam εἰμὶ εἰς τόπον est *sum* in locum: non possunt enim aliarum relationum formae sancitae altera nova declinatione tolli. Luculentius haec a Passivis ducta origo et huic consentanea duplex constructio conspicua est in iis Verbis neutralibus, quae sunt signa modi cuiusdam τοῦ εἶναι, et quorum plerorumque forma etiam passivam naturam refert.

omnis est tanquam adumbratio et simulacrum τ.

Praeverbio aut motum (εἰς) aut statum (ἐν) significabis, prout aut perfectam actionem aut statum ex hac effectum, quae utraque notio in Perf. pass. inest, spectaveris. Verbum indicat modum quendam vel motus vel status. Substantivum, quod sequitur praepositionem, hunc utrumque certo quodam loco, tempore, re definit, itaque causa est varii praepositionis *sensus*. Nonnunquam reliqua oratio ita comparata est, ut nihil dicentis intersit, utrum perfectam esse actionem, causam status, in quo aliquid sit et propter illam in hoc perseveret, an hunc statum ipsum significet, vel utrum dicat, quo in loco, an quem in locum, ut ita dicam, perfecta movendi actio sit; longe plurimis autem in locis multum interest. Et quoniam id, quod in activis quoque Verborum formis duplex structura illa usu recepta fuit, ad confirmandam eam, quam exposui, sententiam valere videbatur, exemplorum farraginem non ad differentiae Verborum act., pass., neutr. rationem disposui, quo varietatem, non diversitatem esse appareret. Minus etiam mutat relationis s. translationis praeverbio expressae naturam haec triplex varietas: primum Subiecti, vel rei vel personae, (Lc. 5, 17. coll. Act. 4, 30.); deinde generis rerum, in quas translatum sit Subiectum, vel materiae (Mt. 13, 30. Mc. 8, 19.), vel loci, vel temporis; denique postremi huius ipsius, vel praesentis vel futuri (κεῖσθαι vel εἶναι εἰς ἀνάγκην, εἰς χρῆσιν; Mt. 19, 5. coll. Act. 8, 20. Lc. 2, 34. Mt. 5, 22.)

Est autem translationis (in activis: transeundi), cuius signum est praep. εἰς, duplex quoddam genus, vel obiectivae, vel subiectivae, h. e. vel verae vel fictae. Fingit enim relationem is, qui rem

φρονήσεως τ. εἰς τ. γενεὰν τ. υἱῶν τ. αἰῶνος τούτου.

---

re ita definit, ut causa definitionis in mente dicentis', et ea quidem ad alteram potissimum rem quandam conversa, posita sit. Praepositionis natura (logica) et ratio (grammatica) autem nequaquam alia est in altero hoc genere relationis. (Schulz. 73.) Frequentior tantum est prior ille modus relationis, quo duo vocc. ad se invicem, quam hic, quo integra sententia ad Nomen quoddam refertur; itaque Praepositio efficit quidem illud idem, quod Coniunctio (v. *Herm.* emend. 151.), sed suo, h. e. suae naturae apto, a Coniunctionis natura autem alieno *modo*. Hunc enim si spectas, non est sublatum hoc subiectivo praeverbii usu illud discrimen, quod Coniunctio sententiarum, Praepositio verborum relationem significat.

Ex obiectivae translationis genere haecce loca sunt: Luc. 11, 7: quod perfecta esset actio cubitum eundi, (cf. v. κέκλεισται), hoc, quam aegre fieri posset ut fores aperirentur, multo accuratius ostendit, quam quod esset in lecto. Mc. 2, 1. Ingressus urbem poterat in hoc illove urbis loco versari, docendi aut sanandi causa; hoc igitur agebatur, ut ὁ ἐλθὼν εἰς τ. πόλιν in domum etiam esset. Neque facile praeter introitum in domum compertum quidquam esse potuit oppidanis. Io. 1, 18, post reditum ad patrem demum. Mc. 13, 16. εἰς longe aptius (qui iam expediverit se) quam Lucae ἐν: 17, 31. Act. 8, 40. coll. Esth. 1, 5. Εἶναι εἰς ἀπώλειαν Act. 8, 20: ac dubitabis, quid sit ὕπαγε εἰς εἰρήνην, quia scribi potuit etiam (Act. 16, 36) πορεύου ἐν εἰρήνῃ? Γίνεσθαι εἰς deferri in locum: Act. 25, 15. 20, 16. 21, 17. coll. γίνεσθαι εἰς ὦτα Lc. 1, 44. Act. 11, 22. (active 17, 20.); in rem

Docet igitur parab., verum esse, quod isti iacta-

(mutari) Lc. 13, 19. ut εἶναι sexcenties, velut Act. 8, 23. et activa: Mc. 8, 19. Mt. 13, 30; perferri ad aliquem, contingere: Lc. 4, 23. (var. lect.) Rom. 15, 16. 31. Cf. περισσεύειν 2 Cor. 8, 2. Rom. 5, 15. Non secus Romani: cf. Drakenb. ad Liv. 2, 14, 4, sed loca tantum ibi collecta. L. L. Z. 1824. Ian. No. 28. p. 221. et Graeci: Il. O, 276: ἐφάνη λῖς εἰς ὁδόν· illo ipso demum tempore se obtulit; sin ἐν ὁδῷ, antea iam potuit esse in via. Dion. Hal. 6, 26 init. Xen. Mem. 2, 8, 1: πόθεν — ἐκ.

Eadem est passivorum et eorum neutralium Verborum inter se ratio, quae modo quodam τὸ εἶναι definiunt. Odyss. 4, 51. ἕζοντο ἐς θρόνους. Lc. 14, 8. coll. 13, 29. hic εἰς non potuit scribi, illic rectius scriptum est. cf. Mc. 13, 3: illo ipso tempore demum contulerat sedem in montem. Βαπτίζεσθαι (ut λούεσθαι εἰς πηγήν Schol. ad Eur. Phoen. 222.) Mc. 1, 9. coll. 1 Cor. 10, 2. Io. 5, 4. et Io. 9, 7. (v. 11: ὕπαγε εἰς — καὶ νίψαι.) Mc. 11, 8. coll. Mt. 21, 8: in his sententia non mutatur delectu praeverbii. Στῆναι, στῆσαι: Io. 20, 19; ac ne putes, verbum ἐλθεῖν necessarium esse, cf. Lc. 6, 8. aut constare sibi scriptorem eundem, vide 24, 36. Cf. inter se Mc. 14, 60. Act. 1, 15; in hoc libro plerumque ἐν, praeter loc. 22, 30; et differt aliquantum sententia in hoc genere pro duplici structura, ut ap. Lat. Τιθέναι, *ponere*, εἰς: Lc. 11, 33. Act. 4, 3. 12, 4. 13, 29; ἐν: 9, 37. 5, 18. 7, 16; postremus hic locus ostendit, posse etiam esse nihil discriminis. Est autem in prioribus et ap. Plut. Rom. 27. Nihil differunt inter se Mc. 11, 8. Mt. 21, 8. Κρύπτω ἐν et εἰς: Diod. 5, 33. Lc. 13, 21. Ἐᾶν Act. 27, 40. cf. Mt. 18, 12. — Act. 2, 31. relinquere

rent; docet vero etiam turpis rei exitu exoptato;

---

inclusum in orcum; ita relinquere, ut non sit exitus. cf. Dion. Hal. IV. p. 276. ap. Vig. 592. Soph. Ai. 80. et Herm. ad h. l. Μένειν est: se tenere vel teneri inclusum in aliquo loco, et in locum. Act. 19, 22. Hinc de propria sede: wohin gehören: Lc. 9, 61: εἰς accuratius scriptum quam ἐν, quia non, qui fortuito inessent, dicendi. Κατέχειν ἐν αἰγιαλῷ et εἰς αἰγιαλόν: Act. 27, 40. nos: halten. Βοηθεῖν ἐς, προπυθέσθαι ἐκ Thuc. 4, 42. Ἀποδημεῖν apud antiquiores *abesse*; ἀποδ. εἰς abesse patria in locum; proinde *abire*, vel simpliciter, Mt. 25, 14, vel cum praeverbio, Lc. 15, 13. Vicissim ἐκλιπεῖν primum transitive, deinde intransitive. Ubi autem ἐκλιπεῖν εἰς scriptum est, acta ageres, si Verbum eundi in locum adderes: in λείπειν inest utraque notio, et exeundi e loco et eundi in locum; εἰς igitur ubi adiicis, ne hoc quidem novam affingis Verbo significationem, sed signum notionis in hoc latentis; multo etiam minus altero ullo Verbo opus est; quanquam additum est nonnunquam alterum motionis signum, vel praepositio cum Verbo coniuncta: ἐκλιπεῖν, παραγίνεσθαι, παρεῖναι: Act. 9, 26, coll. 23, 16. vel Verbum ipsum: Mt. 2, 23. 4, 13. Lc. 21, 37. Cf. inter se Rom. 8, 21. et 2 Tim. 4, 18. Non additum: Act. 17, 26. 7, 4. Unde dubitem, an in prioribus illis locis εἰς ad Verbum illud, quod pleonastice positum est, relatum sit: cf. συμβάλλειν Act. 20, 14. Vid. Matth. gr. p. 843. 44. Poppo eloc. Thuc. 179.

Ab his omnibus Verbis, in quibus notio *transeundi*, *transferendi* vel aperta (act. et pass.) vel tecta (neutr.) inest, discrepant tum ea Verba, quae, quum vis et potestas eorum ab omni motus ratione aliena sit, ad *locum* tamen quendam, sola

definitam esse suo quodam genere illam laudem.

---

praepositione εἰς interposita, relata sunt; tum vero etiam ea, quibus, quum motum non perfectum significent, signum tamen perfecti motus (ἐν) adiunctum est. In utroque hoc genere attractionem agnoscis, vitium paene quoddam orationis, sed satis rarum; de quo v. summum Herm. ad Vig. 892 sq. Prioris generis ex Lucae libris haec duo inpr. loca esse videntur: Act. 21, 13. 18, 21: ὁ ἐρωτηθεὶς μεῖναι poterat quidem finem sibi propositum solum, τὸ ἑορτὴν ποιῆσαι ἐν Ἱεροσολύμοις, sed voluit conditionem etiam illius assequendi, profectionem, *de qua ipsa contendebatur*, commemorare. Alterius autem generis nullus est locus in nostris sacris scriptoribus: nam Lc. 1, 17. ex hebr. quadam oratione est. Sunt vero in graecis, velut in Thuc. 7, 17. 4, 42. ap. Popp. J, 178. In ἀπῄεσαν enim (cf. Matth. gr. p. 285. 86) non magis inest ἀπῆσαν, quam in ἀποστελοῦντες voc. ἐσομένους. Certe hoc non tollit attractionem: principalis enim notio Verborum ἀποστέλλειν et ἀπιέναι est motus imperfectus, qui flagitat εἰς; ac si usum praev. ἐν eo „excusare" velis, quod v. εἶναι in illis latere dicas, ubivis scribere poteris: ἐλθεῖν ἐν: nimirum addes ἐσόμενον, ὄντα. Recentiores Graeci recte sic scribi existimasse videntur: cf. Schol. ad Eur. Orest. v. 761: μολόντα· ἀπελθόντα ἐν τοῖς Ἀργείοις. Recentissimos, qui nostra aetate sunt, plane confudisse illa praeverbia et εἰς pro ἐν dicere, constat.

De praev. ἐν iam paucis dicendum est: Et eius quidem generis loca, ex quo sunt Thuc. 4, 14. 7, 87. 8, 11. (Poppo de eloc. Thuc. 178) Plat. Soph. 98. (Heind. ad h. l.) Xen. Hell. 4, 5, 5., in N. T. non reperiuntur. Sunt autem Verba, quae in

Itaque de ista prudentia praecipiendi, non (ut plerisque visum est, Keil. Opusc. 341.) eandem

illis scripta vides, Perfecta, h. e. Praesentia, quibus quam apta sit praep. ἐν, supra vidimus. Ut in N. T. ἐν pro εἰς dictum videretur, id solus effecit error in interpretatione et structura verborum commissus. Lc. 23, 42. quando venies s. redibis, sc. in has terras (ne potuit quidem aliter sentire homo), in regno tuo, im Besitze d. Reichs, ut ἐν τῇ δόξῃ 9, 26. (1 Io. 4, 2. Ies. 3, 14. ita ב saepissime, v. Lehrgeb.). Mc. 1, 16. coll. Mt. 4, 18, qui minus accommodate ad negotii illius, saepius repetendi, rationem scripsit βάλλειν εἰς. cf. clar. Bornem. in Rosenmüll. Repert. II, 237. Mc. 5, 30 nolim ἐν ὄχλῳ ad ἔλεγε referre, ut Bornemannus doct. fecit, quia λέγ. ἐν integrae orationi magis convenire videtur. Rectissime Winerus, vir mihi summa pietate venerandus, gramm. 159. Scriptor enim responsum τ. μαθητῶν, quaestionem improbantium, praeparat, causam improbandi dicens: στραφ. ἐν ὄχλῳ. Minus etiam, si recte de structura verbb. existimaveris, in disceptationem vocandi videbuntur loci hi: Praeter Thuc. 3, 106 ap. Popp. Mt. 10, 16. Mc. 4, 36. Lc. 7, 17. Rom. 1, 23. (ex LXX; vertauschen). Lc. 5, 16. ἐν ad ἦν ref., quanquam ad ὑποχ. quoque referri possit. cf. Lc. 8, 7. 17, 6. Act. 4, 31. Lucas, quod facile docet huius et Matthaei inter se contentio, (Act. 16, 36. 10, 48. Ev. 19, 36. 3, 22.) saepius ἐν quam εἰς scripsit, ubi quidem parum intererat.

Superest, ut de iis locis dicam, quae S. V. Schulz. (p. 73. 74.) haud satis recte ad id, quod supra dicebam, subiectivum genus retulisse videri possit. Verba, quae in his locis insunt, ad unum omnia

laudandi opportunitatem et copiam exemplo proposito factam Iesu esse suspicor.

---

sunt ex genere transitivorum; s. activa s. neutra sunt: Act. 28, 6. εἰς, verbo γίνεσθαι adiectum, etiamsi significaret subiectivam relationem, ne posset quidem differre ab exitu Nominis dativo. Λέγειν εἴς τινα differt quidem a λέγειν τινί, verum sequitur tamen praepositionem id, ad quod actio quasi transfertur: Lc. 22, 65. Act. 2, 25. Passive: Lc. 9, 62. Mt. 13, 52. Act. 2, 22. Prov. 24, 24. Plat. Gorg. p. 170. Hdf. ἐλλόγιμος γέγονεν εἰς, al. Lc. 24, 47 verba εἰς πάντα τὰ ἔθνη ab Verbum, non ad Nomen ref., ob v. ἀρξάμενον, qua ἐπεξηγήσει initium τοῦ κηρύσσειν εἰς πάντα τ. ἔθνη significatur. Non tollitur id, quod Lucas institutionem christianam ad universos homines patere censuit; hoc ipsum clarius significandi causa non τοῖς scriptum est. Sexcenties (Act. 26, 20. Mc. 1, 39) autem εἰς adiunctum est Verbis *perferendi* rem ad aliquem. Discrimen structurae cerne in simili: λάμπειν Act. 12, 7. Lc. 17, 24. et Mt. 9, 31. cf. 2 Cor. 8, 24. Lc. 7, 1. Exod. 24, 7. — Nonnunquam discernitur id, quod sequitur aliquis, quo ducitur, ab eo, quod facit: Luc. 11, 32. Mt. 10, 41. Hebr. 6, 10. Mt. 14, 31. (1 Reg. 14, 5. Ps. 69, 27. 2, 7. Gen. 20, 2.) Act. 7, 53. — Ad subiectivum illud translationis genus num ea possit referri, quae Lc. 12, 21. praepositione significata est, (Viger. 593. Schulz.), hoc aliquam habere videtur dubitationem. Si enim τ. πλουτοῦντα εἰς θ. dictum putaveris divitem animo ad deum converso, minor erit orationis durities, maior concinnitas (opp. enim ἑαυτῷ), sententia ad argumentum parab. (securam dei, moderatoris rerum, oblivionem) accommodatior. Secus

II. Disputatio de usu parabolae

in quatuor partes divisa est, ut, quae fuerit nostri Domini sententia, ex oratione ab hoc ipso interprete collationi adiecta, — ex loco, in quo Luc. parabolam in commentariis suis exposuit, — ex recepto in parabb. fingendis usu, — denique ex aliis, quos L. inpr. Iesum de divitiis habuisse tradidit, sermonibus cognoscatur.

A. Iesu Christi ipsius interpretatio 33).

a. De cuius rei usu praecipiatur.

Ἡ ἀδικία τ. μαμωνᾶ neque ad universas divitias patere, neque, s. vanitas s. malignitas, vi-

---

est nostro in loco; Lc. 16, 8, in quo quin obiectivam v. potestatem esse censeas, impedit inpr. hoc, quod facta est comparatio. Act. 25, 20. 2 Cor. 2, 9, Eph. 3, 16. 19. 32. Rom. 16, 19. Dion. Hal. 1, 17. al. Lobeck. Phryn. 365. 66.

33) Κἀγώ, ubi quasi a novo principio exordiatur oratio, non esse *ego idem* (Schulz. 76.), ab aliis monitum est. Lc. 22, 29. Atque adeo de nonnullis ap. Io. locis, in quibus comparatio facta est, ita existimandum. 10, 15: ἡ πρότασις pariter atque ἡ ἀπόδοσις (v. 14.) ex binis partibus constat: γινώσκω τ. ἐμά, καθὼς γινώσκει με ὁ πατήρ. Καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τ. ἐμῶν, καθὼς γινώσκεται ὁ πατὴρ ὑπ' ἐμοῦ: est igitur κἀγώ *atque ego*. 17, 21. 6, 57. ubi ἡ ἀπόδοσις· καὶ ὁ τρώγων etc. v. 56. 10, 27. 28. Aliter 17, 18. 15, 9. 20, 21. al. — Deinde, v. κἀγώ neque discrepantiae neque oppositionis signum est. 2 Sam. 12, 12. illud est oppositionis genus, quo pars altera sententiae superio-

tiorum genitrix, dicatur, in natura illarum inesse dici, sed ab hominum *ἀδικίᾳ* delata et uno quodam genere divitiarum circumscripta esse vide-

ris repetita; altera in contrariam mutata; in qua simplici eorum, quae sibi opposita sunt, coniunctione plerumque est vis quaedam orationis, h. l. aliquid acerbitatis, quandoquidem ita comparata est oratio, ut contrarium tegat. (Simili modo Mt. 12, 39. καὶ positum et v. σημεῖον repetitum: „continget, quod appetunt, licet alio, quam voluerint, modo." Utrumque hoc una sententia ita comprehensum, ut ad prioris rationem accommodaretur Coniunctio.) Quanquam ab Alexandrino minus prudenter scriptum videri possit: nam *intpp.* isti ambiguitate orationis hebr. (וְ) haud raro inducti fuisse videntur, ut, ubi δὲ scribendum esset, καὶ scriberent. Alia ratio est nostrorum scriptorum, Lc. inpr., graecae linguae rationem in hoc genere diligentius sectantium. Lc. 20, 42. magis oppositorum coniunctio, quam oppositio coniunctorum est: „quomodo Messiam Davidis filium dicunt, *et* hic eundem dominum appellat? quomodo coniuncta haec, quae sibi opposita videntur, concoquetis?" 6, 46. 12, 6. 4, 26. 16, 13. al. Ios. Arch. 14, 2, 2: κἀκεῖνοι *et* illi. Ne fallat quemquam v. δὲ paulo post pari modo cum v. ἀλλὰ coniuncta: hic enim δὲ positum, quia hic demum de adverso exitu rei dicendum erat. (Aliter Fischer. vit. lex. 575.) — Verbis κἀγὼ ὑμῖν λέγω Lc. (cf. 11, 8. 9.) hoc tantum significat, transire orationem ad praecipiendum, sequi accommodationem narrationis ad usum vitae audientium. Is quidem, qui praecipit, et iis, quibus praecipitur, sunt quodammodo alteris quibusdam (τῷ κυρ. et τῷ οἰκ.) oppositi: sententia ipsa autem opposita sit alteri necesse

tur. Primum enim neutrum illud fert propositae narrationis conformatio, s. sola structurae verbb. οἰκονόμου et μαμ. τ. ἀδικίας aequalitate, s. huius utriusque τ. ἀδικίας inter se contentione utrumque locum secum invicem contineri censeas. Contentio haec, ut τ. μαθηταῖς, quemadmodum τῷ κυρίῳ aut τῷ οἰκονόμῳ, fallacia τοῦ μαμωνᾶ fraudi esse dicatur, facta non est: quoniam homines, non ὁ μαμ., τῷ οἰκονόμῳ oppositi sunt, et narratio ad illorum potius quam ad τ. μαμωνᾶ ἀδικίαν illustrandam ficta est. Fefellit enim dominum ἡ τ. οἰκονόμου, hunc sua ἀδικία, non ἡ τ. μαμωνᾶ; certe haec ex illa nata demum, non in natura τ. μαμωνᾶ ita posita fuit, ut hic ab ea potius quam a τῷ οἰκονόμῳ nomen invenerit. Ὁ μαμωνᾶς, si cum hoc simpliciter confertur, per se, etiamsi hic non ᾠκονόμησεν ἀδίκως, pravus est: aut igitur τ. οἰκονόμου ab hac prava re, in qua procuranda versabatur, nomen invenisse necesse est; aut, quoniam hominis ἀδικία manifesto accessit, duplex τ. ἀδικίας et τ. μαμωνᾶ et τ. οἰκονόμου causa posita est. Sed quorsum haec? In narratione οἰκονομίας τινὸς ἡ ἀδικία, non ἡ τοῦ μαμωνᾶ tractatur; ὁ οἰκ. sua τῇ ἀδικίᾳ effecit, ut ὁ μαμ. ἄδικος esset, nam μαμωνᾶς οἰκονόμου τ. ἀδικίας non pot-

non est; neque signum est oppositionis, si qua est, nisi id, quod in nullo praeter duo hos locos et 6, 27. ὑμῖν *ante* λέγω positum a Luca est; licet nostro in l. haec verbb. collocatio a nonnullis librariis, lat. praecipue, corrupta sit.

est non esse ἄδικος. (Dem. κ. στεφ. A. 112½. Rsk. πονηρὸς κἄδικος· σημεῖον δέ· εἰ γὰρ ἦν δίκαιος, πένης ἂν ἦν τὰ τοῦ δεσπότου διοικήσας.) Quibus autem, ut ex eadem rerum difficultate se expediant, praecipitur, eorum res ex alio genere sint, eorundem res potius quam ii ipsi τῷ οἰκονόμῳ similes sint?

Quominus autem in sola structura similitudinem verbb. οἰκ. et μαμ. τ. ἀδικίας inter se inesse et huic constantiae orationis multum tribuendnm esse censeas, impedit hoc, quod, postquam tota oratio in hominis ἀδικίᾳ exponenda versata est, *eodem* in loco rei, in qua haec versata est, appellatio ab eadem secerni vix potest; nisi forte a narratione ipsa oblatam appellandi causam spernendam, aut orationem ita in structura verborum potius quam in genere rei tractatae sibi constare oportere dicas, ut narrationis et praeceptionis mutua ratio tollatur. Differt quidem modus alterum voc. cum altero coniungendi propter diversam hominis (act.) et rei (pass.) naturam, sed admodum accommodate ad eam, quae in parabola est, τοῦ οἰκονόμου, auctoris τ. ἀδικίας, et τοῦ μαμωνᾶ inter se rationem; fallacia quoque, quam vindicant τῷ μαμωνᾷ, alia est in rebus, alia in hominibus; nec facile dubitaveris Act. 1, 18, utrum τ. μισθὸν τ. ἀδικίας pecuniam perfidia τοῦ ἀνθρώπου τ. ἀδικίας partam, an natura sua pravam, vilem, dictam existimes. 2 Thess. 2, 7, al. Non commemoro, plerumque prius duorum nomiuum, quorum alterum exitum geniti-

vum habet; genere quodam uno circumscribi[34]); v. 13. autem non necessarium erat iterum definiri rem eandem, atque Mtum (6, 24. coll. 25.) multa ex iis, quae apud L. speciatim dicta traduntur, generatim exposuisse constat.

Deinde, si quis universarum divitiarum vanitatem aliunde cognitam esse, neque igitur a τῇ τ. οἰκονόμου ἀδικίᾳ repeti oportuisse, sed simpliciter cum hac conferri potuisse contendat, ab his Nostrorum de hoc genere rerum sentiendi ratio (de qua infra dicendum) aliquantum, dicendi usus autem plane abhorret: rerum ipsarum vanitatem, non ab hominibus potissimum delatam, ἀδηλότητα 1 Tim. 6, 17. et ἀπάτην Mt. 13, 22, ἀδικίαν autem nunquam dixerunt[35]).

---

34) Grossm. doct. (58): ᾧ δουλεύει τε ἡ ἀδικία, καὶ πέποιθεν ἐπ' αὐτῷ· at in hanc sententiam Nostri formula dicendi illa usi non sunt, ne Paulus quidem 2 Thess. 2, 7. Et duplicis illius προσωποποιΐας prior pars (Μαμ.) ob verba ποιεῖν ἐκ ab h. l. aliena; altera autem, ut ἀδικία sint ἄδικοι, in Nostris non reperitur. Denique in tanta formulae τὸν οἰκ. τ. ἀδικ. dicendi propinquitate dubito, an et v. ἀδικ. et modus hoc nomen cum altero coniungendi tam multum ab illa discrepare possit.

35) Ne Alexandrini quidem, a quibus Nostri in pluribus, quam vulgo putant, discedunt, magnum ad rem afferunt adiumentum. Prov. 11, 18. ἔργα ἄδικα eaue, quae spem fallant? Iste intps. ne is quidem fortasse fuit, qui propter opp. μισθ. ἀληθ. et πιστὸν orationemque totam ad successum rei spectantem sic interpretaretur: impius nefarie agit (et sciunt

b) Ad quem finem usus ille spectare debeat:
Praecipitur *υἱοῖς τοῦ φωτός*. Hi igitur in usu divitiarum emendando curare iubentur, ut *εἰς τ. αἰωνίους σκηνὰς* recipiantur.

---

omnes, male hoc cedere tandem); contra etc. Consueverat שֶׁקֶר dicere *ἄδικον*, dixit igitur. — Iob. 36, 4. (ubi doct. Schleusneri coniectura vix opus est): „neque inepta inepte animo reputabis." Iactat Elihu suam *ἐπιστήμην*. — Iob. 13, 4. ob v. 2. et 6. in eos, qui sibi viderentur esse experientissimi: (*ἴεταί κακῶν* male, quia ambigue: Odyss. 17, 384.) — Ier. 29, 9, 28, 15. 2 Reg. 9, 12. 3 Esr. 4, 37. 38: non vitii expers, improbus, ideoque vanus, qui *ἐν ἀδικίᾳ ἀπολεῖται*, cf. l. Eur. ap. Wetst. — Prov. 1, 17. Haec fere sunt ea loca, in quibus vocis *ἀδίκου* (*non ἀδικίας*) usus ab honestatis turpitudinisque ratione seiunctus sit. (Wetst. eius, et diversissimi quidem, generis loca, ex quo Deut. 25, 15. est, atque Rom. mendacem fundum (Hor.), perfidiam terrarum (Quintil.), iustissimam tellurem (Virg.) inter se contendit.) Communi autem usu Hebr. *ἡ ἀδικία* rerum ab hominum *ἀδικίᾳ* sola repetitur, vel sic, ut חִנָּם, תֹּהוּ, שֶׁקֶר, *τὸ ψευδές, δόλιον, μάταιον, κενὸν* sit *ἄδικον* (natura facinoris: perfidia, iniuria; ad foederis enim rationem ficta vocabula), vel *τὸ ἄδικον* sit *ψευδές*, etc. (exitus, ex quo illi facta et metiebantur et appellabant). *Hinc* duplex illa vocc. illorum inter se commutatio; atque ad duplex hoc genus omnia V. T. loca facile referes. Et Hebraei, quoniam, quemadmodum civilis rerum conditio domi forisque ferebat, potentiam et divitias plerumque vitiorum causas esse iudicabant, hunc בֶּצַע, מָמוֹן דִּשְׁקַר, *ἄδικον*, non potuerunt non in illo rerum hum.,

Σκηνὴ (Schulz. 89.) diei solebat habitaculum quodvis subito et ad breve tempus exstructum potius quam tutum refugium, licet stirps et origo vocis (ut *σκεῦος* et *σκιά*, a *κύω*, *κεύθω*) loco, qui adversus coeli iniuriam tueatur, significando convenientior videri possit. Primae vocabb. significationes usu paulatim exolescunt. Lc. 9, 33. *σκηνή*, non *οἰκία*, quia, quod subito exstrui posset, Petrum offerre oportuit; refugio autem non opus erat, rei coelesti („etwas Ueberirdischen") non locus. Atque idoneam causam vides, cur habitaculum Iovae in his terris *νομαδικῶς* per deserta cum populo proficiscentis *σκηνὴ* dictum fuerit: sublata enim causa illa *οἶκος θεοῦ* diei coeptum, et hic *ὁ τόπος τ. καταπαύσεως* Act. 7, 46-49. *τῇ σκηνῇ* oppositus est. Non magis hoc a propria vi verborum discedit, quam quaecunque divina in his terris dicuntur. Quum igitur sedes divina *σκηνῆς* nomen non propterea potissimum, quod hoc tutum ac perpetuum locum significaret, adepta sit, neque *οἴκου* et *οἰκίας* nomina ab eadem, s. ea in terris (Act.), s.

---

quae propter hom. iniquitatem vanae essent, genere habere. Nota autem illa, quae causa huiusce sententiae est, ap. Alexandr. et Thargi ab *nullo* loco abest (Iob. 20, 15.), ne ab illo quidem: מַמוֹן דִּשְׁקַר וְהוֹן הָעוֹלָם בָּא בְמָהֵר וְהוֹלֵךְ בְּמָהֵר, quem l. plurimum iactant. Contra iis in locis, velut in *toto libro Koheleth*, in quib. de rerum ipsarum vanitate agitur, non repereris, si me memoria non fallit, vocc. שֶׁקֶר aut *ἀδικίας*.

in coelis (Io. 14, 2. 2 Cor. 5, 1.) esse dicebatur, prorsus aliena iudicata sint, nostro in loco v. σκηνῆς non ideo praecipue delectum ex aliis putaverim, quod id solum ad coelestia habitacula significanda aptum visum esset, sed orationis variandae et exquisitiore, h. e. vulgari usu minus trita, immo a pristina habitaculi divini appellatione aliquid sanctitatis (Hos. 12, 10.) nacta voce distinguendae causa. (Apoc. 13, 6. 12, 12. Alieni a re sunt loci ex ep. ad Hebr.)[36].

36) Quae de illis, quibus τ. αἰων. σκ. in his terris exstruere placuit, ab aliis dicta sunt, iis, praeterquam quod τ. ἀνταποδόσεως expectatio altera vita a Iesu descripta fuit, L. 14, 12. 14. 6, 33, atque in τῷ ἐπιλόγῳ oratio ad divin. rerum curam spectat, hoc addi possit, quod de usu articuli (τὰς) constat (Tob. 3, 6. Diod. 1, 93. in.). Poterant illi ex Alexandrin. loca iis, in quibus εἰς τ. αἰῶνα scriptum est (Berth. 110), aut quae e patribus a Suicero (I. 140.) delecta sunt, longe aptiora, ut Ies. 58, 12, afferre: verum articulus ab h. l. pariter atque a I. Iob. 40, 28. Philem. 15. abest; et quis illum v. usum in V. T. libb. frequentiorem miretur, quo tempore duo οἱ αἰῶνες accurate inter se discerni nondum solebant? Si autem ex N. T. intellexeris, τ. αἰώνια esse coelorum, vix est quod ap. alias etiam gentes sempiterna fuisse ex Wetst. demonstres (Berth. 109. Gsm. 60. al.), aut cum Bertholdto Wintergergiove acriter contendas, aut cum iis, qui ecclesiam christianam dici crediderunt, de v. σκηνῶν disputes. Namque haec, quam postremam exposui, sententia cum usu v. αἰων. praecipue pugnat, quandoquidem societati vel rerum institutioni, quae in

Quonium igitur ad τ. *αἰώνια* contendi debet, ut oratio sibi constet, tempus, quo fructum ex usu illo percepturi illi sint, mortem esse et *ἐκλίπητε* scriptum a L. fuisse puto. (Schulz. 81.)

Ἐκλείπειν carere, inopem esse (ruinam rerum pati, Möll. 244.) plane commentitium, quantum sciam; docent hoc ea ipsa duo loca, quae Kypkius ad h. l. attulit, luculenter. Interitum autem sexcenties atque adeo mortem haud raro Alexandrini (Gen. 49, 33. Iob. 13, 19), Iosephus (Arch. 15, 10, 3) et Graeci (de his, qui non omnibus in locis τ. *βίον*, *τὸ ζῆν* addunt, v. Wetst.) *τὸ ἐκλείπειν* dixerunt. Noster singulare hoc voc. ideo ex ceteris delegit, quia oratio praecipientis ad narrationem accommodanda videbatur; quam apta autem sit vitae et *οἰκονομίας* inter se collationi verborum *ἐκλιπεῖν* et *μεταστῆναι* cognatio, vix est quod separatim dicam. Atque vulgata lectio significationi, quam dicunt, *ἐκλίπῃ* autem sensui tantum v. *μεταστασθῶ* convenientior est: mors vel interitus est *ἡ μετάστασις* ipsa (*μεταστῆναι* mori Arch. 18, 4, 2. 19, 1, 14); *ἡ* τ. *μαμ. ἔκλειψις* sequitur τ. *μετάστασιν*. Si hunc verbi sensum potius quam significationem in concinni-

---

his terris esset praeparatura animos ad τ. *αἰώνια* adipiscenda, *ἐπίθετον* nomen *αἰωνίων* secundum linguae leges imponi non potuit. An τ. *υἱοὺς* τ. *αἰῶνος ἐκείνου υἱοὺς αἰωνίους* dici potuisse credes? Non commemoro, *μαθητὰς* et *υἱοὺς τοῦ φωτὸς* non potuisse curare, ut in *μαθητὰς* referrentur.

tate orationis existimanda secutus (Schulz. 85); causam, ob quam vulgata apte posita, sustulisti, tum sane haec inepta. Tantum abest etiam, ut secunda persona, quam grammatici dicunt, oratione ad μαθητὰς audientes conversa, dubitationem cuiquam movere debeat (Schulz. 84), ut difficilius eiusmodi vocabulo suppleatur oratio, quod non fuit subiectum primarium. Immo maior quaedam orationis concinnitas, cui h. in l. aliquid tribuendum, in eo inest, quod secunda persona primae illi (μεταστασθῶ) respondet. Homines enim, non ὁ μαμωνᾶς, cum dispensatore conferuntur. Deinde, ut opportunum sit, quemadmodum in parabola, refugium illud, necesse est non casu sese excipiant necessitas et usus refugii. Inopia rerum autem si diu ante obitum incidit, diu miseros istos et opibus et τ. αἰων. σκηναῖς carere oportet; sin nunquam, possunt facile his carere. Si igitur Christus ipse, cum inopiam dixit, vitae finem, quippe in quem necessario illa incidat, significavit, par est in hoc genere utriusque lectionis ratio, et causa, ob quam ὁ μαμ. ἐκλίπῃ, neque sumtus sunt, liberalitatis causa facti (quae causa, honesta hominum voluntas, ne consentanea quidem usui vocis), neque improvisa, quam fortunae vicissitudo affert, fragilium et mobilium rerum humanarum ruina. Ex criticis autem, quae dicunt, praeter librorum praestantiorum quorundam auctoritatem nihil magnopere, ob quod vulgatam contemnas, esse videtur. Similitudo enim syllabarum τε et δε multo facilius etiam ad ab-

sorbendam, quam ad adiiciendam syllabam *τε* valere potuit. (cf. Eur. Heracl. 1015.) Prioris illius corruptionum generis multo plura inveniuntur exempla; et profecto minus facile accidit, ut ultro, *donec nulla oculis se offert similitudo* (cf. supra v. 2 *σου* et Paul. S. V. ad h. l.) *ἐκλιπηδεξωνται*, similis syllaba aliqua affingatur, quam ut praesens oblata soni formaeve similitudo auditum aut visum a discernendi diligentia avocet. Quod nonnullis in libb. *ἐκλείπητε* scriptum est, id pariter contra *ἐκλίπῃ*, ad exitum vocis (*τε*) autem nihil valet. Huius generis varietas tam frequens, cui, si omnes libri in exitu vocis consentirent, non minus erat locus, haud scio an adversus reliquarum partium integritatem non magnam moveat suspicionem. Interpretum veterum, latinorum inprimis, auctoritas eo imminuitur, quod v. *ἐκλίπητε* quoque, s. sensum secuti, s. (ut a recentiorum haud paucis [37]) factum) potestatem vocis hanc esse rati, „cum defecerit (vobis)" interpretari facile potuerunt. Taceo, quam facile tum frequentior usus inopiam hoc genere verbb. significandi tum *τοῦ μαμωνᾶ* commemoratio fraudi et librariis et interpretibus antiquis fuerit; vicissim non item.

---

37) Lutherus Aoristi potestatem non neglexit (Schulz. 83.), ut mihi quidem videtur: laborat enim inopia (darbt), et cuius *ὁ μαμ. ἐξέλιπεν*, et *ὅς ἐξέλιπε* (cui „defecerit," verss. lat.).

c) *Cernitur usus ille in τῷ φίλους ποιεῖν* [38]).

Si quidem rem spectas et propriis verbis dicis, potestas τοῦ δέχεσθαι penes deum solum

---

38) Videtur quidem narratio ipsa quasi offerre interpreti τοὺς ἐκ τ. μαμ. εὖ παθόντας: unde infinita eorum multitudo, qui de liberalitate vel restitutione praecipi censuerunt. Verumenimvero, ut largitionum, quas dispensator fecit, et virtutis liberalioris differentiam, de qua supra dixi, in accommodanda ad praecipiendum similitudine minus curandam fuisse largiar, tamen, si rei et causae utriusque inter se collatae, non orationis tantum conciunitas quaedam fuit, tetra haec verborum Iesu sententia est: placate alios, si deum non potestis; nam ὁ οἰκονόμος quidem non τὸν κύριον διὰ τῶν Φίλων aut διὰ τοῦ Φίλους ποιεῖσθαι placare voluit, sed hos τῷ κυρίῳ opposuit; atque altera ea v. δέχεσθαι vi, quae sola apta ad rem est (*aufnehmen* — empfangen), eiusmodi potestas significatur, quae plane a rebus illorum, τ. εὖ παθόντων, abhorret. Ubi autem de alicuius gratia *beneficiis* concilianda praecipitur, hic, quemadmodum οἱ τοῦ οἰκονόμου, debet esse is, qui, si animum eius flexeris, possit quod expetieris impertire. Non possum h. l. singulas persequi Glassianas interpretandi, vel, ut dicam quod res est, difficultatem illam tollendi rationes. [Δέχεσθαι, conferre ad receptionem vel „intercedendo" (Schreiter. cum al.), vel „indirecte" (Ex. 20, 12. Act. 13, 46. Mt. 23, 31), vel illo: „quod quis per alium (deum) facit" etc.; δέχεσθαι simile τῷ ἀποφέρειν Lc. 16, 23, ut angelis, ψυχαγωγοῖς, ἀναγωγοῖς, locus suus sit; δέξωνται personale pro impersonali, aut act. pro pass. (Tzschuck.); v. δέχεσθαι ita interpretandam esse, ut potuerint δέχεσθαι s. angeli s.

est; atque interpres praecepti commate 13. ad hunc eundem curam salutis omnem referri iubet. Neque numerus multitudinis hoc impedit: quum

homines.] Alii Deum et Christum, filium dei, una voce comprehensos putabant. Profecto tam tecte dici necesse erat: parum enim ab hac differt eorum sententia, qui praefectorum rei messianae gratiam beneficiis comparandam dici opinabantur; eum fere in modum, quo Salvianus ad laicos „adv. avaritiam" scripsit. Neque, Deum solum dici, eo defenderim, quod genus pro uno quodam, huic subiecto, dicatur. (Schulz. 88.) Certe loca, quae sunt ap. Mt., hoc non demonstrare videntur. 27, 44 si accuratiorem rei expositionem, quae in L. commentariis reperitur, sequaris, vide, ne hoc ipso doceas, quam multas habeat commentariorum utriusque inter se contentio cautiones. 9, 8 potestas Iesu data exemplum tantummodo Capernaumitis visa est potestatis hominibus in genere concessae, opportunitatem igitur dedit hanc admirandi, non illud ipsum fuit, quod admirarentur. (cf. inpr. Winer. S. V. gr. 72.) Heumanno locum Mt. 2, 20 suppeditaverat Glass. ex suis locupletissimis thesauris: cf. Lc. 12, 20. Eidem in locis 2 Reg. 16, 3 et 2 Paral. 28, 3 inter se collatis ἐναλλαγὴ numerorum (בָּנָיו — בְּנוֹ) inesse videbatur. — Denique si φίλων nomine praeter deum „omnis coelestis curia" comprehenditur, ἡ σύλληψις in eo cerni non potest, ut „plura in cogitatione ponantur, quam in verbis *et* structura grammatica appareant." (Gsm. 57.) In locis his, Iuven. 6, 172. Ter. Adelph. 5, 9, 32. S. Oed. Col. 1104. Aen. 9, 525 al., structura grammatica potissimum, complures dici, demonstrat, non igitur „plures in cogitatione ponun-

enim in universum et generatim φίλοι dicendi essent argumentationis causa, numerus facile potuit ad concinnitatis rationem accommodari. Rectius autem hoc in disceptationem quaestionemque vocatur, quam ob causam narratio ita ficta sit, ut deus eorum loco, quos ὁ οἰκ. τῷ κυρίῳ, tanquam novos quosdam patronos, opposuerat, poneretur, et cur, quo hoc magis appareret, non ὁ ἔπαινος τοῦ κυρίου diceretur; ad quem ut tamquam ad finem propositum contenderent, non minus commode praecipi illis potuit. Iudaei spem suam et expectationem veniae ad beatorum sedes adeundi a deo impetrandae iucundioribus quibusdam coloribus et imaginibus distinguere consueverant (Ios. Macc. 53. ap. Wetst. Lc. 16, 22. Bertholdt. 109. not. 2.) et τῇ φιλίᾳ maiorum suorum confisi ius quoddam civitatis messianae adipiscendae affectabant. Portitores suo quodam modo in similem huius generis errorem

tur, quam in structura apparent." Atque ab his, quae sunt ex dialogorum genere, locis (cf. Lc. 11, 39. 19, 9) multum differt et l. ap. Ovid. Met. 13, 376, ubi est αὔξησις, et noster, in quo, quum φίλους scriptum sit, nequaquam „unius alicuius mentio iniecta complurium recordationem resuscitat." Istiusmodi σύλληψις non est h. l., s. unum s. complures numero multitudinis significari existimas. Omnino autem, quum neque τ. φίλων neque τοῦ δέχεσθαι genus diversissimum uno verbo eodem in loco comprehendi facile potuerit, quem „coelicolarum" delectum habeas, neutiquam liberum videtur esse iudicium.

inciderant: ius illud iniqua vulgi opinione sibi ademtum, amicitiis quibusdam τ. διαβαλλόντων sibi comparandis expugnare conabantur; de rerum suarum conditione post mortem futura sollicitii tandem curam huius ita animo susceperant (ἐφρόνησαν), ut, τοῦ οἰκονόμου instar, sibi, quorum res non admodum desperatae essent, aliam salutis viam praeter molestissimam illam, quam ὁ υἱὸς ὁ ἀπολωλὼς ingressus esset, patere et suae in deum ἀδικίας crimen laudatissimae virtutis vi et pondere, φίλων gratia, elevari posse rati, hoc uno eodemque non admodum difficili modo omnem salutis futurae rationem quasi comprehendere sibi viderentur. Namque boni homines baptistae et Iesu κηρύγματι ad sollicitudinem de fine rebus suis imminente inducti, non ita multo ante animos ad τὰ τ. αἰῶνος ἐκείνου applicuerant. Sed iniquitas diuturna consuetudine tam altas in animis eorum radices egerat, ut a vetere futuri incuria recedendum quidem putarent, facile autem pristinum sentiendi agendique modum, a quo recentes erant, in divinarum rerum curam, natura harum nondum satis perspecta, transferrent; sic laudis τ. φρονήσεως τῶν τ. αἰῶνος τούτου, paulo ante suorum, restituendae et vindicandae aemuli. Itaque, sicut in rebus humanis, ita in divinis quoque non omnem salutis rationem in uno domino esse arbitrati et iudaice de re messiana sentientes, vitae ante actae memoriam ex popularium animis delere, per horum gratiam sibi quoque aliquam

φιλίαν et spei causam comparare, quam animo toto ad officium universum revocato denuo in eius fidem se dare malebant, in cuius solius voluntate τῆς αἰωνίου salutis ratio et causa posita esset. Quum autem, licet in praesentia simili ei, qua ὁ οἰκ., rerum conditione uterentur, ad dissimillimam tamen consequendam animum appulissent, Iesus hominum non pravorum quidem potissimum, at in maximarum rerum ignoratione versantium errorem de φιλίας illius ratione et causa depellere studuit. Alterum igitur modum, quo veram de recto et germano rerum messianarum et favoris divini appetitu sententiam simulacris (symbolice) exprimendo perversam videret, emendandum suscepit. Hinc proposito (v. 1—8.) exemplo illius τ. φιλίας appetitus, quo mens non ab ἀδικίᾳ ad deum solum revocaretur, popularium tantum ἡ φιλία expeteretur, appetitum istum eo consilio animo suscipiendum esse docuit, ut in τ. αἰων. σκ. reciperentur. Ac ne quis dubitaret, quid esset hoc consilio duci, in τῇ πίστει deo, eique soli φίλῳ, probanda id cerni ostendit v. 10-13. Quum enim procurator animum a domino abalienatum ad alios patronos comparandos appulisset, hanc eius φρόνησιν ita imitandam esse praecipit, ut, quippe qui ex alia essent γενεᾷ, totos se ad amicitiam fidemque eius, qui in τ. αἰωνίους σκ. recepturus esset, applicarent; ad hunc τ. αἰωνίων rerum arbitrum et moderatorem, apud quem res aliter quam apud illum τ. κύριον τ. αἰῶνος τούτου gerenda esset, neque locum haberet

φίλων ista et *κυρίου* distinctio; omne istud *φίλους* acquirendi studium probabile referrent, in fide *deo* probanda omne praesidium suis fortunis constitutum existimarent. *Φρονεῖτε* (*φίλους ποιήσατε*) *εἰς τ. γενεὰν τ. ὑμῶν* = *φρονεῖτε, ἵνα εἰς τ. αἰων. σκ. δεξ.* — *πιστοὶ γίνεσθε.* Cf., si lubet, praeter l. Xen. Mem. 2, 6, 27. ab aliis allatum, Eur. Orest. 647: *τ. φίλους Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν· Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ ὠφελεῖν; Ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων.*

Haec rei expositio si cui, quod vereor, non probetur, hoc certe non ineptum videbitur, quod Christum ad concinnitatem orationis opportune oblatum Iudaeorum usum symbolice dicendi sequi potius, quam aut unum aut plures numero multitudinis *significare* voluisse existimavi.

d) *Τὴν πίστιν* (opp. *ἀδικ.*), *qua per integram perorationem ἡ τοῦ θεοῦ φιλία ἐκ τοῦ μαμ. τ. ἀδικίας comparanda dicitur,*

ego quidem, solos eos locos, qui de *οἰκονομίᾳ* agunt, et nostri sermonis, qui totus in huiusmodi causa versatur, pariter atque communem *οἰκονομίας* cuiusque rationem secutus, h. l. non uno quodam prae ceteris officio definiri[39]), sed uni-

---

39) Primum enim distribuendo aut restituendo praecipue contineri non dicitur *ἡ πίστις* (*ἡ τ. οἰκονόμου*) in quoquam huius generis sermone Christi. Secus est in Alexandr. (Sap. 3, 9. Prov. 15, 27. Iob. 14, 7—9. coll. 4, 21. al.), ac si quid tribuas horum

versam rei traditae procurationem complecti arbitror; circumscriptam eam tamen, quemadmodum in narratione factum, genere quodam rerum, τῷ μαμωνᾷ, atque adeo generis huius parte quadam, τῷ μαμ. τ. ἀδικίας.

Ἡ πίστις ἡ ἐν οἰκονομίᾳ in genere cernitur in eo, ut, qui rem sibi traditam habet, totum sese ad eius, qui tradidit, voluntatem componat. Atque hanc communem legem nostro in loco in ἀδίκῳ οἰκονομίᾳ valere Christus docet; ita quidem, ut non de modo, quo pro suis quisque rebus vel distribuendo, vel restituendo, vel remittendo, vel abstinendo ab iniuria legem illam servare debeat,

auctoritati, vide l. Sir. 40, 12. Accedit, quod neque in narratione nostra aut officium aut facinus τι οἰκ. ex genere illo virtutum est, et de dei φιλίᾳ comparanda praecipiens sic demum de liberalitate praecipere videri potest, (Schulz. 106.), ut una voce φίλων et divina et humana gratia comprehendatur (ποιήσατε ὑμῖν φίλους ἐν τῷ οὐρανῷ διὰ τοῦ φίλους ποιεῖν [εὖ ποιεῖν ἀνθρώπους] ἐν τῇ γῇ); quod vix ferat orationis simplicitas, quum praesertim deus, ὁ κύριος, τοῖς τ. οἰκονόμου φίλοις nomine tantum respondeat, re ipsa oppositus sit. Deinde neque eum vocab. sensum esse crediderim, ut de contemtione rerum humanarum praecipiatur. Neque enim, ut mittam usum vocis, in τ. οἰκ. ἀδίκῳ animus rebus huius terrae deditus notatur, et in peroratione, in qua, quantum ἡ ἀδικία ἡ ἐν τῷ ἐλαχίστῳ in τῷ πολλῷ obtinendo officiat, non, quanto plus huic tribuendum sit, praecipitur, magis in abutentes rebus huius terrae, quam in appetentes earundem dictum est.

sed de *fine* huicce studio proposito, dei gratia, (v. 9), et de *necessitate* hunc potissimum finem sectandi (10—13) praecipiat.

Primum de necessitate fidei illius generatim v. 10—12. *Οἰκονόμῳ* quod est, alienum (*ἀλλότριον*) plerumque est; *οἰκονόμον τ. ἀδικίας μαμωνᾶς ἄδικος* est, res perfida procuratione vindicata. In altero *τῷ αἰῶνι* neque *οἰκονομία* erit, neque *ἀδικία*, h. e. neque *ἀλλότριον* neque *ἄδικον*. Est igitur, quod utrique parti formulae *οἰκονομίαν τ. ἀδικίας* dicendi oppositum sit; neque „parallelismus synonymicus" inest in vv. 11. 12., nec *ταυτολογία*. *Τῷ ἀλλοτρίῳ τὸ ὑμέτερον*, quod proprium futurum sit, oppositum; *τῷ ἀδίκῳ*, rei, quam quis, licet aliena esset, tanquam suam tractavit, *τὸ ἀληθινὸν*, vera possessio (Deut. 25, 15. Sir. 42, 8)[40]. *Ἐλάχιστον* quod dicitur utrumque il-

40) Si cui hoc uno certe in loco Lucas auctoritatem Alexandr., quos paucis quibusdam in locis, et iis quidem, in quibus non de divitiis in genere dicebant, *τὸ ἄδικον* (vanum) *τῇ ἀληθείᾳ* opposuisse vidimus, secutus videatur (Schulz. 106.); aut si quis alias Christi disputationes a divitiis in *τὸν μαμ. τ. ἀδικίας* per *μετωνυμίαν* consequentis (Rosenmüll., al.) transferat, et hanc ob causam *ἄδικον* pro *τῆς ἀδικίας* dictum putet, quid effecerit? Nomen generis parti huius, *τῷ μαμ. τ. ἀδικίας*, imposuerit et *μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος* (Mor. Eichst. herm. 35.) factam esse posuerit. Bertholdti coniecturis aramaicis (114—116.) opus non esse, intelligitur: arbitrio scribentis dicentisve aliquid dandum est: Ies. 58, 6. Prov. 4, 17. Sed, quod maius est,

lud, id ad naturam rei his verbis expressae; non ad potestatem et vim horum pertinet; ac si τὸ ἄδικον propter nomen illud rem vilem significare

---

intpp. vocabula illa in universarum rerum humanarum existimationem *transtulerunt:* das wesentlich Fremde (νόθον, τὸ τ. τύχης, θεῶν), das wesentlich, gleichsam dem bessern Selbst Eignende (γνήσιον) [Schulz.]; atque adeo ut ex diverso genere sint partes oppositae: was nicht rechtlich euer (ἄδικον, ἀλλότριον), was zu euerm bessern Selbst gehört (ὑμέτερ.), dauernden Werth hat (ἀληθινόν) [Flatt.]; Pflichtwidriges (ἄδικον, speciatim), im Tode wieder Abzugebendes (ἀλλότριον, generatim) [Nitzsch.]. Ita Graeci quidem atque Romani (Wetst.), et nos quoque secundum illos: sed in sacris scriptoribus huiusmodi neque dicendi rationis neque oppositionis vestigium deprehendere potui; neque illi, sensum potius verborum aliquem quam significationem secuti, ullum attulerunt locum, et discrepat quod apud Lucam est, 9, 25. 12, 21. coll. Plat. Menex. c. 19. ἄλλῳ (ὁ κεκτημένος μετ᾽ ἀνανδρίας) πλουτεῖ καὶ οὐχ ἑαυτῷ ita, ut alienam a Nostro istiusmodi translationem verborum fuisse appareat. Aliena a re esse loca ea, quae summus Wetstenius de usu v. ἀληθ. quaerendi causa collegit, vel ex hoc intelligi mihi videtur, quod in nullo illorum locorum τῷ ἀληθινῷ, ei quod vere sit, τὸ ἄδικον, id quod non sit, arte effictum sit, oppositum est aut opponi potuit: ab hac enim voce culpa quaedam hominum haud facile seiungitur. In tam varias partes verti potest nonnullorum vocc. vis et potestas, ut perdifficile sit, hanc in aliis locis in eam potissimum partem versam ostendere, in quam in loco propo-

putaveris; cur non τὸ ἀλλότριον quoque? Quod Luc., 19, 17, rem non male potissimum procuratam τὸ ἐλάχιστον vocavit, ex eo hoc tantum in-

sito sit. Quamobrem nativam vim verborum eandemque rationibus collationis convenientem, a rebus eorum autem, quibus fortasse praecipitur, non alienam, tenendam duxi. Supra iam ab iis me dissentire dixi (si hoc mihi dicere licet), quibus praeceptum Iesu latius quam argumentum parabolae patere aut hoc ipsum ad universos homines pertinere visum est, quod verbo ἀλλοτρίου quidem, neutiquam vero v. ἀδίκου (= μαμ. τ. ἀδικ.) consentaneum est. Qui autem, velut Bertholdt. (117.), τὸ ὑμ. et τὸ ἀληθ. τὸν λόγον τ. ἀληθείας, vel, ut Grotius, dona spiritualia dici censuerunt, ii hoc praetermisisse animo videntur, generatim h. l. dici, neque res quasdam ipsas poni, sed naturam rei cuiusdam; itaque τὸ ἀληθινὸν non ideo dictum esse, quod „doctrina evangelii" ἀλήθεια dici solita esset, sed quia oppositae rei, quam parabola suppeditaverat, natura et ratio ferebat. — Neque ex cunctorum hominum rebus, neque ex singulorum eorum, ad quos praecipue pertinere orationem *opineris*, persona de verbis illis iudicare ausim. Quorsum spectet τ. ἀληθ. et τὸ ὑμέτ., id, quum apud μαθητὰς dictum sit, intelligitur; appellatio autem consentanea quidem est horum conditioni rerum futurae, sed ficta ad οἰκονομίας humanae, antea expositae, similitudinem. Plerique intpp., sententiam huic contrariam secuti, nomina ἀλλ. et ἀδίκου ad nomina ὑμετ. et ἀληθ., ad universarum rerum humanarum existimationem a se efficta, a Iesu accommodata censuerunt. Sed par esse iudico, narratione parabolica omnem reliquam definiri dicendi rationem;

telligitur, hanc rerum humanarum existimationem non solum, ut nostro in loco, ad genus quoddam, sed ad universitatem quoque harum pertinuisse; non illud, quod S. V. Nitzschio al. placuit, τὸ ἄδικον, τῷ ἐλαχίστῳ comprehensum, latius patere. Constat, quam magno contemtu Hebraei τὰ ἄδικα χρήματα habuerint. Denique, quod iubentur illi πιστοὶ γίνεσθαι ἐν τῷ ἀδίκῳ, fidem in perfide procuratis praestare, id non modo non ineptum, (tempore enim distant fides et perfidia), sed perquam aptum etiam rebus eorum esse puto, qui ἄδικον possidebant et medicinam quandam mali ex hac sua ἀδικίᾳ nascituri meditabantur.

Deinde, quorsum tendat illa oratio, commate postremo Iesus speciatim docet, tanquam reversus ad rem (v. 9) propositam, *divinae* gratiae conciliandae necessitatem. Eorum enim, ut haec iterum dicam, emendandus erat error, qui non ἄδικοι erant solum, sed aliquo τοῦ πολλοῦ studio lati deo ita δουλεύειν volebant, ut pristinam τ. ἀδικίαν, pristinum τ. μαμωνᾶ τ. ἀδικίας amorem non omnem exuerent, hunc eundem ad dei rerumque divinarum studium applicarent, partem tantum aliquam τοῦ μαμ. necessitate urgente dimitterent, non τ. ἀδικίαν quoque omnem officii causa quasi animo propulsarent (Act. 8, 20. 21.), cum τῇ τοῦ οἰκ. φρονήσει germanam τ. φρόνησιν, quae ad πίστιν revocaret, confunderent. Iste enim manifesto ἀδικίαν cum studio amicitiarum coniunxerat, τῷ μαμωνᾷ ἐδούλευσε, dum τῷ κυ-

ῥίῳ δουλεύειν ἔτι videri volebat; ostenderat autem, alterum patronum non posse ab eo, cui sit patronus, comparari, nisi sic, ut hunc deserat. Quum igitur, quam animo susceperat, cura futuri ipsa quidem Christo quoque probata, a τῇ πίστει autem seiuncta, a τῇ ἀδικίᾳ non seiuncta esset, hinc factum est, ut neque ὁ οἰκονόμος ad πίστιν rediisse dicatur, neque, ubi de modo τὰ αἰώνια adipiscendi praecipitur, ἡ φρόνησις commemoretur; quo omnis orationis ambiguitas sublata est. Ac ne forte τὸ φρονίμως ποιεῖν in peroratione πιστὸν εἶναι dictum suspiceris, illa ἡ φρόνησις mali quidem ex ἀδικίᾳ exorituri, minime autem, ut par est divinis in rebus, τ. ἀδικίας ipsius fuit medicina. Est enim in his rebus praeter eum, εἰς ὅν τις ἠδίκησε, nullus patronus, praeter τ. πίστιν huic probandam nulla φρονήσεως, praeter discessum ab ἀδικίᾳ nulla salutis ratio, illo iudice „nulla ex crimine ereptura largitio;" itaque et τῷ μαμ. τ. ἀδικίας et deo δουλεύειν nemo potest.

Qui igitur τῷ μαμωνᾷ ad hunc eo, quod ipse animum vitio τ. ἀδικίας liberat, ab eodem hoc vitio liberandum utitur, qui illum totum, dum τῇ πίστει studet, impendit, is ἐκ 41) τοῦ μαμ. τ. ἀδικ.

41) Ἐκ, ἀπό, διά, si quidem de *re ex re conficienda* agitur et interest scribentis facere discrimen, ita inter se differre videntur: ἐκ de usu rei, quo haec tota in alteram impenditur, mutatur fere, Act. 1, 18. 19, 25, vel haec integra ex illa sola efficitur, Ev.

θεὸν φίλον ποιεῖται. Atque in emendando errore, qui in re probabili commissus esset, versari orationem, hoc vel ex eo intelligitur, quod non simpliciter praecipitur, sed integra praecepti interpretatio et peroratio est ex genere, ut ita dicam, negativo.

B. De loco, in quo Lucas hanc parabolam in commentariis suis exposuit.

Quoniam causas huius parabolae scriptor verbis separatim ad id delectis non expressit, itaque aut praetermisit, aut praecedente sermone significasse, ad idem igitur tempus utrumque sermo-

---

12, 15. (non minus Cyrop. 2, 2, 18. Ages. 2, 8. ap. Gsm.). Ἀπὸ — si cum verbis *parandi* coniunctum est (loci a S. V. Schulz. p. 80 allati ex alio genere sunt) — ubi pars tantum rei impenditur, L. 8, 3. Διὰ, ubi nec tota res nec pars eius *ipsius* alterum quid efficit, sed ex eo, quod rei aut personae alicuius quidam in *suo* genere usus fit, efficitur, ut altera quaedam res *sui* generis *suo* quodam modo nascatur: hoc solo igitur praeverbio, si quidem cum eo, quod dixi, Verborum genere coniunctum sit, non praeverbio ἐκ (Gsm. 58) „causam instrumentalem indicari" putem. Itaquein hac quaestione tum genera Verborum, cum quibus praepositio coniuncta sit, discernenda esse (cf. inter se Lc. 12, 15 et 21, 4), tum late patentibus usuque vulgari parum definitis nostris vocabulis (Schulz. 79) difficultatem non omnem tolli existimo. Nostro autem in loco quam eleganter L. scripserit ἐκ, id ex v. 13 inprimis intelligitur.

nem retulisse censendus est, cognatio horum inter se ita in deliberationem cadit, ut vel tempus vel modus rem tractandi consideretur.

Et L. quidem, ex cuius ratione scribendi rem omnem indicandam esse apparet, primum in disponendo res Iesu Christi nunc tempore, nunc genere rerum ordinem descripsit, nunc neutram hanc rationem secutus est. Ut passim nimium ingenii acumine ductus fuerit Schleiermacherus, vir summus (in libro, quem dixi), haud raris tamen in locis Noster unum quendam locum compluribus vel factis vel sermonibus Iesu inter se coniunctis pertractavit, et hoc (qua de re aliter sentit vir ille) in ea praecipue, ex qua noster locus est, libri parte (9, 51 — 18 fin.) ita fecit, ut dubitationem certe habeat, an maiorem curam in conservando ordine temporis, quam in eo significando id fecit, posuerit. Vicissim vero etiam minime omnes plurimasve commentariorum partes ad rerum genera disposuit: ex ceteris confer inter se 13, 28. 14, 16 — 24. 20, 16; et „non inseruit parabolam propositam post l. 18, 27,“ (quod scriptorem, si de divitiarum usu praeciperetur, facturum fuisse, Grossm. contra Schulzium dicens credidit) eandem ob causam, ob quam id in sermone 12, 13 — 21. non fecit. Neutram harum rationum sequitur L. cap. 18. al.

Fallit igitur haec quaestio spem utriusque intpp. generis, eorum pariter, qui dicunt, atque illorum, qui negant, nostrum locum propter rei

tractatae aut rationis eam tractandi cognationem cum superiore loco temporis societate contineri; si non notae quaedam reperiri possunt, quibus scriptor significaverit, utram res disponendi rationem singulis in locis secutus sit. Certa autem huiusmodi signa nostro in loco sunt neque verba ἔλεγε δὲ καὶ, neque voc. μαθητῶν.

In illorum enim usu oratio L. sibi non constat: καὶ alteri vocabulo, δὲ, tum adiectum, tum non adiectum, et ubi secutus est temporis rationem (coniunxit inter se facta) et ubi non secutus (simpliciter adiunxit); aut difficile saltem est iudicium, augetque difficultatem magna quae solet esse in his rebus librariorum negligentia. In adiungendo καὶ praetermissum innumeris in locis: 7, 36. 9, 7. 8, 19. 13, 10. al. positum autem: 6, 6. coll. 1. 9, 61. coll. 59. 18, 1. 9. 15. In coniungendo praetermissum: 6, 39. 12, 16. 13, 6. 14, 7. 15, 11. 13, 1. 9, 46., atque adeo ubi oppositae sibi duae res aut orationes videri possint: 9, 23. 20, 9. 12, 22; positum autem: 5, 36. 14, 12. 22, 24. (coll. 9, 46.) 23, 35. 38. 55. opp. 12, 54, 19, 19. 21, 2. Utrum ad Verbum, an ad Nomen sit nostro in loco καὶ relatum, hoc eius, qui de tempore quaerit, non multum interest: par est orationis in hoc genere ambiguitas. Quando de tempore, quo res gesta sit, exploratum est, tum vide, in utro sit maior vocis vis; quanquam parum hoc proficies: si enim duo sermones nullo aut exiguo temporis spatio interposito habiti fuerint, ubi in altero ad eosdem oratio pertinue-

rit, καὶ ad Verbum (*perrexit*), ubi autem ad alios, aut ad nomen horum, (Bertholdi enim „et quidem" commentitium) aut ad Verbum referri poterit. Nolim tamen tam ineptum ullum iudicare librarium, ut propterea quod antea cum Pharis., non cum τ. μαθηταῖς locutum Iesum videret, v. καὶ praetermiserit. (Berth. 86.) An fuerit facile, qui vocem ad Verbum solum referri posse opinaretur?

Non minus in utramque partem disputari potest de altera inscriptionis parte, vocab. μαθητῶν. Quod quibus latius patere visum est, ii non satis recte locis ex Actis (9, 10. 11, 26. 6, 2. 14, 22 al.) usi videntur. Illo enim tempore, in quod res in his a L. perscriptae inciderunt, Apostoli, quippe qui in Domini locum suffecti viderentur, Luca quidem interprete tam diligenter a τ. μαθηταῖς discernebantur, ut hic per totum librum iis pristinum nomen, magistro superstite aptius visum, non imposuerit, immo passim (9, 26. coll. 27. 6, 2. 8, 1.) nomini τ. μαθητῶν opposuerit. In rerum Iesu commentariis autem quoniam idem τοὺς δώδεκα etiam μαθητῶν nomine appellavit, vides, hanc sublatam deinceps consuetudinem dicendi ex posteriore libro existimari non posse. Tantum quidem iam valuit in priore scribendo auctoritas usus appellandi, quem in altero secutus est, ut, ubi hoc agi videbatur, ut appareret selectos duodecim dici, aut ubi hoc maxime innotuerat, τ. ἀποστόλους vel τ. δώδεκα scriberet (6, 13. 17. 8, 1. 9, 1. 10. 12. 18, 31. 22,

3. (47.) 14. 24, 9. 10. 33.). Μαθητὰς autem eosdem appellat, ubi vel de solis his dicere constituit (11, 2. 9, 1. 14. coll. 10. 18. [v. 23. πάντας propterea obscurius dictum, quia scriptor id, de quo Iesus cum Petro solo egerat, praetermisit. Marcus et Mtum (μαθηταῖς) et Lucam (πᾶσι) secutus scripsit ὄχλον σὺν μαθητ. sed v. L. v. 18. καταμόνας] 54. 40. 44. 22, 11. [Iesus. Lucas v. 14. diligenter scripsit δώδ. ἀποστ.; quod cum fecisset, deinde v. 39. vox μαθητῶν recte visa est nihil habere ambiguitatis.] 8, 9. 22. [coll. 1. 45. 51. non v. 10. sq. nam idem τοῖς ἑβδομ. μαθηταῖς quoque dixit 10, 23.] 12, 1. [coll. 12.] 22. [coll. 41. 54.) —; vel genere μαθητῶν universo Apostolos complectitur (6, 20. 7, 11. 19, 37.). Reliquis de locis ex Lucae consuetudine dicendi certo iudicari non potest. Sunt autem hi (18, 15. 6, 1. 17, 22. 19, 29. 20, 45), in quibus nomen μαθητῶν simpliciter positum, et qui ipsi ad iudicandum nihil adiumenti suppeditant; non recte enim, opinor, id, quod latius pateat in his oratio Iesu, appellant (Enck. S. V. comm. ad h. l.): Christus cum App. non de iis tantum, quae ad eos solos pertinerent, egit. Probabilius tamen videri alicui possit, latius in his locis patere nomen, propterea, quod L., ubi τοὺς δώδεκα vocavit μαθητὰς, plerumque hoc ita fecit, ut τ. δώδ. dici aliunde intelligi posset. Nostro in loco ad App. solos pertinere nomen, nonnulli, velut Bertholdtus (74), ex pron. αὐτοῦ coniecerunt. At huiusmodi potestas pronominis, quae modum

familiaritatis definiat, vereor ne ficta sit; atque pronomen tum deest, ubi dici censent Apostolos (9, 18. 17, 1), tum non abest a locis, in quibus latius patet voc. 7, 11. 6, 13. 17. 20. 14, 27. 33. (Io. 6, 60.) al. Hinc alienam a re iudico librorum dissensionem. Librarius haud facile illam pronominis vim ita perspexisse censeri potest, ut omisso pronomine Apostolos ab indigna quadam suspicione liberare sibi videretur. Omnis haec ratio ex iis, quibus librarii duci potuerint, argumentandi multas habet cautiones. Neque articuli vim ullam esse, demonstrant loca 6, 20. 7, 11. 19, 37. Quod simpliciter *οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ* scriptum est, ex hoc in L. inprimis, cui, cum tam crebro *ἀποστόλους* scripserit, nomen *μαθητῶν* manifesto non tanti visum est, non recte conieceris, *κατ᾽ ἐξοχὴν* Apostolos dici; nisi his nomen illud ita proprium fuisse demonstraveris, ut neque aliis hoc idem, neque ipsis aliud nomen impositum sit. Accedit orationum Christi, quas L. ante nostram et post eam exposuit, cognatio: 14, 25 – 35 Dominus complures *ἐξ ὄχλου* nomen *μαθητῶν* affectantes de huius obtinendi conditione ac difficultate monet. Cum huiusmodi *μαθηταῖς* eadem de re nostro in loco agi censeo, non quosvis Iesum audire solitos (Henneberg. ad h. l.) dicens, sed eos, qui neque continua Iesu consuetudine usuri nec virtute et sanctitate potissimum, sed quacunque demum de causa, minus liberali etiam, a vulgo vel levioris vel inimici animi digressi animos ad rem

Christi, qui novam spem ostendere videretur, appulerant (Partei genommen hatten). Hos, licet in delectu faciendo perpauci tantum aptiores ad rem viderentur (L. 6, 13), mature multos fuisse; hos eosdem, licet Christus nominis dignitatem et pondus defenderet (14, 25-35), ipsique illi huic minus convenienter se gererent (Io. 6, 60-66. coll. 67. 8, 30. 31. coll. sqq.), vulgo tamen et sub initium certe temporis eius, quo Christus prodiit, a solo baptismo nomen illud invenisse et vindicasse, consentaneum est. Eos tantum, qui „amplexi essent doctrinam Iesu", μαθητὰς dictos esse (Berth. 79, 80), omnes facile consenserint; sed amplecti „doctrinam" (partes alicuius, Messiae, iudaice sectari) non est de sententia alicuius agere et sentire potissimum. Crimen τ. ἀδικίας non abhorret ab huiusmodi μαθητῶν persona. Huc illud etiam accedit, quod Dominus cap. 15. cum adversariis disputaverat, iisque et suis et portitorum. Hi si illis oppositi sunt, percommode a partibus iis, quas sectabantur, nomen traxerunt, quemadmodum factum id vides 17, 22. coll. 20. 19, 37. coll. 39. 17, 1. Denique L. nunquam, quos paulo ante μαθητὰς dixerat, eosdem deinde ἀποστόλους (17, 1. coll. 5.) vocavit, sed vicissim (9, 14. coll. 12. 22, 39. coll. 14); et recte genus commemoras, postquam partem dixisti; sin vicissim, obscure dicis.

Quae quanquam ita esse suspicor, rectius tamen ex eo, quod in inscriptione non perscri-

ptum est, iudicari videtur. Dico autem cum Nostri morem scribendi, quem hic secutus, in uno tantum loco 13, 18. parabolam sine praefatione exposuit. Quare si quis hunc scriptorem causas certe sermonis, si hic a superioribus alienus esset, expositurum fuisse, eas igitur in his latere, et hos eosdem cum nostro loco contineri censuerit, perpetua paene Lucae consuetudine scribendi confirmatam sententiam dixerit. [42])

42) Qui non modum tantum rem tractandi mutatum, sed orationem in plane aliam rem etiam traductam arbitrati, totam de universarum divitiarum usu quaestionem in hoc sermone comprehensam duxerunt, ab iis, quum tanta fuerit omni tempore de re tam late patente praecipiendi opportunitas, haec omnis quaestio recte praetermissa est. Hos omnes, sunt autem hi plerique, a Schulzio, viro summo, in hoc superatos esse constat, quod hic disputationem Christi ad universam huius et L. rationem sentiendi dicendique revocavit. Ita fundamento aliquo iacto sententiam suam munivit atque, etiamsi fortasse — nam non sine verecundia hoc dictum existimari velim — sine idonea causa a loci propositi rationibus discessisse videri possit, extremos tamen interpreti descriptos fines, scriptoris ipsius librum, non excessit.

Hoc commiserunt, qui, quemadmodum b. Bertholdtus (p. 72. 73. 77.), quo interpretatio loci a principio quodam, nimirum certo, exordiretur, inveniendam esse, si a scriptore praetermissa sit, singularem aliquam parabolam docendi causam arbitrati, rem gestam in vita Iesu Christi investigarunt,

Haec de inscriptione. Altera quaestionis pars, quae in ipsius disputationis s. narrationis utriusque (cp. 16. 15.) contentione inter se versatur, plurimas habet cautiones. Inprimis autem interpretatio parabolae ab *huiusmodi* investigatione causarum eius seiungenda est. Nam illud superiori narrationi (cp. 15) propositum argumentum quoque ita comparatum est, ut Christus,

---

cui cum facinore τ. οἰκονόμου aliqua esset similitudo. Esto, si lubet, locus coniecturae, sed suus: h. e. interpres si quam causam ne in alia quidem libri, quem tractat, parte, sed in alius cuiusdam rerum Iesu scriptoris libro proditam suspicetur, hanc postremo loco habeat; videat magis, an ea interpretationi suae, quam num haec illi consentanea sit; exstruat aedificium, „etiamsi ipse nullum tale iecerit fundamentum". Istis quasi complementis eorum, quae in sacris commentariis omissa iudicarentur, ad interpretandum adhibitis plurima his iniuria illata omni tempore est. Haec est „certa illa regula, qua intps suum ingenium coërceat", ut ex eo, quod possit fingi atque adeo ex longinquo petitum sit, rem non existimet. Non illud praeceptum est a viris prudentibus, ut a causis interpretatio parab. proficisceretur, sed ut a causis iis, quas scriptor ipse vel commemoravisset vel significavisset. Ex eo igitur, quod neutrum hoc factum sit in loco quodam, hoc solum sequitur, deesse unum ex praesidiis interpretandi; atque nostri certe loci intpp. nequaquam ideo in errores inducti sunt, quod „causas alto supercilio despicerent," sed quia vel caruerunt uno quodam praesidio interpretandi, vel, quod tristius etiam, noluerunt carere.

ubi praesertim ad alios oratio pertinere coepisset, in varias partes illud versare potuerit. Quam igitur potissimum in partem disputaverit deinceps, quoniam L. nullo modo significavit, de necessitudine etiam utriusque sermonis ex sententia posterioris praecipue, separatim eum interpretando comperta, existimandum est: in interpretationem autem non potest momentum habere id, quod ex hac omne pendet; ac si quis suam interpretationem cum finitimis posse commode conciliari ostenderit, ei germana aut propositi loci sententia aut utriusque inter se necessitudo a se explorata videri non debet. Itaque hoc tantum interpreti videndum, ut ne quid commiserit, quod cum superiore loco aut cum inscriptione posterioris pugnare videatur. 43)

---

43) Ne hoc prorsus temere dixisse videar, liceat mihi difficultatem huius rei ex ipsis iis, quae ex recentioribus viri S. V., Schleiermacherus et Grossmannus in hoc genere disseruerunt, comprobare.

Et prior ille quidem, qui portitorum causam in posteriore etiam loco a Iesu susceptam censuit, nescio an in causis, ob quas ita censeret, afferendis minus caute versatus esse videatur. Primum enim quod sententia Christi, si oratio in quarta etiam parabola ad Pharisaeorum invidiam pertinuisse iudicetur, recte intelligi demum posse dicitur, hoc ipsum illud est, de quo intpp. inter se dissentiunt. Deinde adversarii portitorum commemorantur quidèm v. 14; sed ut sint, quod articulus (vid. 15, 2) aut L. ratio scribendi (ἔλεγε δὲ καὶ) neutiquam demonstrat, utroque in loco (capp. 16. 15.) iidem,

His omnibus admodum late expositis dicendum, quid ipse sentiam; non quo cognationem utriusque sermonis demonstrasse aut causas po-

---

φιλάργυροι tamen, non invidia in portitores ducti potissimum ἐκμυκτηρίσαι dicuntur. Denique vix est, cur tanta Christi in disputando constantia (ex Mti auctoritate et secundum huius genus scribendi? Möll. 214) fingatur, ut ex hac ipsa res iudicetur („und so führt schon die Sache selbst dahin" Schleierm. p. 202). Immo etiamsi Christum non plane novam orationem ingressum censeam, tuendam tamen contra adversarios causam portitorum vix susceperat is, qui et totus versatur in his graviter monendis, neque uno verbo ad illos dicit. Perfacile fieri potuit, ut securitas quaedam, haud aegre per ipsam defensionem in animis τ. ἀπολωλότων suborta, opportunitatem faceret in alteram etiam partem disputandi, pro quibus antea dictum esset, cum iis deinde sigillatim agendi. Non minus commode Christus, postquam (cap. 15, sicut 7, 47) usus erat potius in argumentando culpae portitorum magnitudine, quam hanc ipsam imminuerat, hos eosdem, quomodo ipsi eam imminuere possent, docuisse, quam inimicos eorum, ut, si illi hoc fecissent, in gratiam cum iis redirent, monuisse existimetur.

Grossmannus S. V. (p. 16—18), parabolam in Pharis. dictam esse, et sententiam suam eo, quod c. 15 et 16, 19 sq. contra eosdem dictum esset, ab arbitrii suspicione liberari putavit. Ex eo, quod, „quae antecedunt et quae subsequuntur parabolam, in Pharisaeos dicta sunt, liquet, eandem in Ph. dictam esse." — — Similitudo vocc. quorundam ex oratione de τ. πλουσίῳ altero et ex parabb. c. 15 de-

sterioris in priore latentes perspexisse mihi videar; sed ut appareat, non me sententiam parabolae ad superiorem sermonem accommodasse.

---

lectorum vel ficta, (nimirum in Luca [cf. Schulz, p. 26] „Λάζαρος ἡλκωμένος metaphorico sensu accipiendus τ. ἀπολωλότας [portitores egenos?] significat") vel aliena a re esse videtur, quandoquidem, de re simili in utraque agi, ostendit, cum iisdem agi, non item. His omnibus „positis" non probabile quidem est, sed „liquet tamen, parab. nostram ad pertexendam eodem filo sententiarum telam *necessariam* esse parabolarum copulam sic, ut eadem in Ph. dicta censenda sit." Quo maxime „filo h. l. Iesus sententiarum telam pertexuerit," id praeter naturam loci ex inscriptione tantum aliquo modo coniici potest. In qua quoniam ad τ. μαθητὰς dictum esse traditur, hos Pharisaeis tanquam adiungi necesse visum est; ita quidem, ut Christus in Ph. „aversus ab his" dixerit. Similem, quamquam non „scenicum" praecipue in modum gestam rem finxerant Papius, C. C. L. Schmidtius, Winterbergius, Hennebergius, Möllerus, al.; et factum est similiter 20, 9, traditum vero etiam a scriptore, ὅτι ἔγνωσαν, ὅτι πρὸς αὐτοὺς τ. παραβολὴν ταύτην εἶπεν. Loci 14, 12. coll. v. 15. (ἀκούσας δέ τις), 6, 20. coll. 7, 1 (ἀκοὰς τ. λαοῦ) hoc tantummodo docent, non recte facturum, qui noluisse Iesum ceteros etiam, quae diceret, audire opinaretur. Quod in nostro loco scriptum est, καὶ, hoc Lucas quidem (in ἔλεγε δὲ καὶ et similibus) nunquam ita scripsit, ut, ad alterum quendam simul abhinc pertinuisse orationem, significaret; sed est hic L. quasi familiaris, immo vulgaris dicendi modus, ubi oratio s. eodem s. diverso tempore et loco

Postquam Lucas (14, 16 - 24.) collationem illam, qua Iesus, quod alteri contemsissent, id alteros, ad quos hacc spes minime pertinere

---

habita ad aliam rem (18, 1. 5, 36. καὶ ad Verb.) aut ad alios (καὶ ad Nomen) pertinere coeperat: (18, 9. 14, 12. coll. 15 et 7. [loc. simillim. nostro: 16, 1. coll. v. 14.] 12, 54. coll. 22. al.) Et quamquam nolim equidem, ut Berth. fecit, propter particulam καὶ v. 14. Ph. sermocinante Iesu demum accessisse" suspicari, (πάντα v. 14), immo potuerit scriptori necessarium videri denuo dicere h. l., quod 16, 1 coll. 15, 3 dixisset, usu Verbi finiti tamen (19, 11. coll. 9), quo ipso nos uti solemus, ut non pertinuisse orationem ad aliquem significemus, satis aperte indicavit, ex l. 16, 1. hoc idem, quod v. 14 proditum est, colligi non potuisse; itaque his ipsis „disertis verbis declaravit", ad Ph. maxime orationem non pertinuisse. Recte vir doctus, si scriptum esset 16, 1: ἔλεγε δὲ καὶ sc. πρὸς τ. Φαρισαίους, et ibidem aut v. 14: ἤκουσαν δὲ καὶ οἱ μαθηταί. Denique ista ipsa explicatio „fili sententiarum" (p. 17. 18) ita comparata est, ut omnis haec collatio malam Ph. in portitores voluntatem vituperandi gratia facta videatur, nec quidquam facile magis improviso accidere possit, quam portitorum reprehensio. Cuius causam contra inimicum defendendam susceperis, eum in *eadem* oratione *eodem*, quo illum, crimine vix accusabis. Equidem nullum in expositione illa locum reperire potui, in quo portitores „intexerem," nisi totam texturam perturbarem et vim tollerem omnis adversus Ph. argumentationis.

Quaecunque dictae sunt antiquiore et recentiore aetate de parab. nostra sententiae, eas nosse

visa esset, adepturos esse docuerat, exposuit, multitudinem frequentem Christum secutam quidem, sed ab eodem monitam dicit, ut difficulta-

---

quidem, sed non oratione singulas persequi debui, opinor; quum praesertim cavere *studuerim*, ne ex praecipuis illis locis, qui viderentur esse dissensus intpp. fontes et sedes, ullum praetermitterem. — Hinc de eo interprete parabolae, qui sententiam suam in N. krit. Iournal IV, 4, p. 385 sqq. exposuit, propterea dicendum, quod recentissimus est: Tripartitum ille esse censuit hunc Christi sermonem. V. 1—8 hic suos duodecim exemplo proposito docuisse ei videtur, quo prudenti modo ex difficultatibus, in docendi munere fortasse obviis futuris, se expedire deberent. At vero argumentum hoc a superiore oratione dicentis, *quacum contineri nostrum sermonem interpres arbitratur*, toto coelo discrepat; neque scriptor, quid Iesum ad hancce orationis traductionem compulerit, significat; ne rursus dicam, et genus rerum, ex quo argumentum parab. delectum, et modum se expediendi, quem ὁ οἰκ. secutus est, a rebus App. aliquantulum abhorrere: V. 9, quae secunda pars est, subito ad alios, portitores et Pharis., pervenit oratio, praeter Lucae et cuiusque scriptoris prudentis consuetudinem nullo τ. μεταβάσεως signo adiecto. Si commemorati essent a L. portitores, tum quidem ex horum conditione rerum posset quodammodo colligi, quam in partem ad horum usum res repente versa esset. Atque etiamsi Christus gestu quodam corporis aut vultu, ad quos convertisset orationem, significaverit, male tamen defuit Apostolis, qui omnium aegerrime ipsi exem-

tem in disciplina ipsius perseverandi diligenter perpenderent (25–33). Ad hanc eandem de rei messianae h. e. divinae conditione et causis quaestionem scriptor quinque, quas deinceps exposuit, parabolas ita retulisse videtur, ut Dominus, quum Pharisaei, portitores frequentes ipsum sectari, aegre ferrent, τ. τῶν ἀπολωλότων μετάνοιαν plurimi habendam esse docuerit, deinde vero etiam hos ipsos a pervagata quadam in negotio perditis, suis rebus medendi levitate animi et festinatione avocare studuerit. Exemplo υἱοῦ τ. αἰῶνος τούτου hanc illustravit et emendavit; et illud quidem, exemplo τ. υἱοῦ τ. ἀπολωλότος antea proposito, tanto luculentius. Eadem fuit rerum utriusque conditio desperata, (licet ἡ τ. οἰκονόμου διασκόρπισις, ut in re aliena, turpior etiam esset), diversissimum ingenium, diversissimus ex illa sese expediendi modus. „Num igitur vos," ait, „simili qua ὁ υἱὸς ὁ ἀπολωλὼς, conditione rerum utentes, modum tamen has

plum a suis rebus alienissimum ad has accommodare valerent; et magis etiam nobis defuit Lucas, qui plane nullo modo significaverit, hanc orationis partem, rem ad usum vitae accommodantem, contra usum vulgarem non ad eos pertinere, quibus narratio proposita esset. V. 10—13, quae tertia est pars sermonis, novam subit oratio mutationem: convertit enim se ad solos Pharisaeos τ. ἐκμυκτηρίσαντας. At his, Lucam quidem si sequeris, ἡ φιλαργυρία sua, non ambiguitas praeceptionis Iesu quaedam, hunc irridendi opportunitatem fecerat.

restituendi, quem alter iste, ingressi, prioris illius sortem nacturi sitis? An τ. ἔπαινον τοῦ κυρίου istius, υἱοῦ τ. αἰῶν. τ., cum illa χαρᾷ τῇ ἐν οὐρανῷ comparabitis? Imitamini εἰς τ. γενεὰν τ. ὑμετέραν." Cumque error portitorum in pecuniarum praecipue usu versaretur, et Iesus, non Thrasymachus (Gsm. 1.), habebat, cur de divitiis ageret, et L., cur orationem hoc in l. commemoraret. — Pharisaei, ubi doctorem cautum sed sibi infensum ad legem clientibus quoque suis scribendam oratione pervenisse vident, ipsi iidem ab ira ad ludibrium se conferunt: ridicula videtur τ. φιλαργύροις et vix portoribus istis, multo etiam minus sibi necessaria tanta ac φιλαργυρίᾳ suae tam molesta praecipiendi severitas: v. 14. Scilicet ipsis facilior et expeditior ad τ. βασιλ. τ. θεοῦ aditus patet. Christus igitur, ubi alterum illud idque deterius etiam errorum genus sese offerre videt, rem ita persequitur, ut hunc quoque turpissimum errorem depellere conetur. Et portitores quidem ingrediundam certe novam salutis viam duxerant: Ph. autem, δικαιοῦντες ἑαυτοὺς, φύσει μέτοχοι τ. βασ., ne putabant quidem necessitatem animum ab ἀδικίᾳ ad πίστιν revocandi ad se quidquam pertinere. At species ista τ. δικαιοσύνης, quam prae se ferunt et, quo minus celaverat Iesus portitorum vitium, eo petulantius iactant, deo neutiquam probatur: v. 15. Iesus igitur, licet eadem sit controversia, alios tamen adversarios nactus aliam ingreditur hos refellendi rationem: cum ho-

minibus ex vulgo exemplo a vita communi et ipsorum rebus petito, iisdemque in errore magis fortasse versantibus quam animo corruptis mitius egerat; contra his legum publ. peritis et animo corruptis pariter atque elatis illarum ipsarum auctoritatem ad τ. βασιλ. quoque valituram opponit. Hinc, v. 16, „usque ad baptistae tempora,“ inquit, „lex valuit, prophetae vaticinati sunt; abhinc, postquam mutationem rerum instare audiverunt, omnes promiscue expugnare (βιαζ. εἰς Plut. Anton. 20. Pyrrh. 29.) civitatem voluerunt. v. 17: Male id quidem (δέ): perpetua est in hac βασιλείᾳ quoque legum auctoritas. v. 18: Nostis me severum legis vestrae ipsorum esse interpretem. v. 19–31: Eadem est huius quoque, quod paulo ante notabam, generis τ. ἀδικίας ratio“. Affert igitur exemplum hominis, quem Abrah. pater nolente Mose in sinum, in quo Iudaei ab illo gestari sibi viderentur, recipere noluerit. 44)

44) Non tantum mihi assumo, ut veram et germanam argumentandi rationem intellexisse mihi videar: sed quod ἀπέκοψαν tria illa commata (quae quod seiuncta a se apud Mtum sunt, in Mto parum attinet) a reliqua oratione, id vereor ne Luca cum Iesu commutato fecerint. Utrum L. fragmenta orationum Iesu, an integram unam nobis tradiderit; utrum Mt. an L. accuratius partes huius disposuerit; num Dominus idem fere bis dixerit (Lc. 11, 33. coll. 8, 16. 12, 2. coll. 8, 17. 17, 23. coll. 21, 8. 19, 46. 22, 24): huiusmodi quaestiones ad nostram rem parum attinent: Lc. enim

coniunxit inter se illas partes; quoniam verba illa desunt, quae ille, ubi Christus velut ab alio principio dicere exorsus est, nunquam praetermisit. Insunt autem in h. l., si cum loc. Mt. 19. et 11. contendatur, vestigia quaedam orationis ad rem praesentem, legum auctoritatem perpetuam, accommodatae: disputatio v. 16—18 ad parabolas, quibus interposita est, inter se continendas aptissima; praetermissum v. προεφήτευσαν (Mt.), quo oratio L. profecto non vetusto more supplenda; πᾶς v. 16 additum, al. Itaque hic locus manifestissimum documentum est necessitatis utrosque commentarios in eiusdem etiam argumenti sermonibus a se invicem separandi. Eius enim, de quo Matth. c. 11. exposuit, partes ita descripserim: Exposita v. 7—11. muneris Ioannei gravitate, Christus haec fere: v. 12: inde a baptistae tempore inveterata ista opinio Iud., qua inducti τ. βασιλείαν τ. θεοῦ quasi ἁρπαγμὸν ἡγήσαντο (Plut. Aem. Paul. 38. Rom. 15), animos eorum τ. κηρύγματι illius ad rerum mutationem instantem erectos denuo invasit, v. 13: inductos ad id oraculis; v. 14: et recte (εἰ θέλετε Mich. 3, 1): modo, per quos rata fiunt illa, ii non minus illis probarentur: fuit enim Ioannes ille Messiam praegressurus Elias, (itaque ego Messias sum: nam utitur fere Christus verbis ὁ ἔχων ὦτα, ubi homines de re, quam ipse longius non prosequitur, meditari vult.) Sed sibi non constant isti, tum in eo, quod rem appetunt, auctores eiusdem repudiant, tum in ipsis repudiandi causis, v. 16—19. Itaque [eo, quod illi secum ipsis in reprobationis causis pugnantes, vanas has esse docuerunt] Sapientia [signum causae messianae] adversus [ἀπὸ non est ὑπό: Act. 13, 39. Lc. 8, 2. 16, 18. 18, 3. Rom. 6, 7. Sir. 31, 25; nisi

C. Quid Iesus in inveniendo et ad usum quendam conformando accommodandoque parabolarum et nostrae inprimis argumento secutus fuerit et maxime spectaverit[45]).

Quod Cic. Invent. 1, 30. collationem in eo cerni praecipit, ut sit oratio rem cum re e similitudine conferens, id in τ. παραβολὰς transferri potest: neque enim usus harum circumscriptus est uberiore quadam expositione (L. 4, 23.)

---

malis causam remotiorem significari, Ier. 51, 5, auctorem inscium] *nativos* suos tutores [quos defendere decuit] defensa est. — Al. *dirip.* Ἁρπάζειν autem hoc nunquam significat, nisi adiunctum sit facinori rem ipsam acquirendi studium; ante προεφήτ., quod, simpliciter positum, institutum iri regnum tantummodo indicat, voc. τοῦτο abesse non potuit, quo ἡ βία significaretur; postea Christus de contemnentibus, non de impugnantibus queritur. Al. *properare, cum vi promovere incrementa:* sic βιάζ. neque active de rebus (Paul.), nec passive omnino (Eckerm. Schuster.). Al. *avide appetere*, de probabili appetitu: at neque ἁρπάζ. (nisi de mente) neq. βιάζ. hunc significat. (Kuinöl. doct., ut βασιλ. pro λόγῳ περὶ βασιλ. dici ostenderet, loc. Lc. 4, 43. commemoravit.) Quae sequuntur: εἰ θέλετε δέξασθαι — τίνι ὁμοιώσω, nullum fuisse τ. λόγου τ. βασιλ. appetitum, ostendunt.

45) Ut pauca hac de re scripserim, effecit viri summi, Storrii auctoritas; ut scripserim tamen, licet gravissima hac quaestione indigna, loci, quem tractandum susceperam, natura et ratio.

aut rebus divinis (14, 7.); neque natura et ratio similitudinis usu huius rerum generis magnopere mutatur. An hoc in ceteris dicendi figuris, quia, ut par fuit in Nostris, ad sacras praecipue res adhibitae sunt, fieri, easque suo quodam nomine distinguendas esse existimabis? Ne leges quidem aliae interpreti scribendae sunt: maior saepe similitudo, aut certe facilior cognitu dissimilitudo est oppositorum sibi, quam diversorum.

A τῇ ἀλληγορίᾳ (Quintil. 8, 6.), ex cuius genere ἡ παραβολὴ est, haec eo differt, quod in hac similitudo rei illustrandae naturâ argumenti maximam partem descripta est, illa autem magis ad rei significandae quam ad eius rerum generis, ex quo ipsa est, naturam efficta est. Ex amplitudine (Berth. 67.) non ausim metiri discrimen.

A τῷ παραδείγματι discernit quidem Aristot. (rhet. 2, 20.) τ. παραβολὴν, a facto ex rerum gestarum memoria repetito fictam similitudinis causa narrationem: sed ad interpretem parum haec distinctio attinet, quia ἡ παραβολὴ quoque, utcunque imitationem vincat veritas, omnes huius numeros in se habere debet. Est enim ex hoc duplici inpr. genere, ut vel factum fingatur aliquid esse mori agendi vere recepto convenienter (ita saepissime), vel hic mos ipse dicendo adumbretur (Lc. 13, 15. 8, 16. 12, 54. 17, 7. Mt. 12, 33. Mc. 4, 26. al.) [46]); in illo igitur genere

46) His non additum nomen παραβολῆς, sed nihil intererat hoc fieri ubique (14, 16. 16, 19. 16, 1 coll.

Subiectum fictum sit[47]), Praedicatum autem in utroque contineatur eo, quod veritatis ratio ferat. Posterius quod dixi genus, in quo, quod vere solet fieri, ponitur, tam parum differt ab exemplo, ubi, quod semel factum, (Lc. 13 in. coll. v. 6.), ut ne ex genere quidem diverso interdum sint causae inter se collatae, nulla insit ἀλληγορία. Quum autem fingantur etiam exempla, quibus verbis Cic. iuv. 1, 30. in his circumscribendis usus est, iisdem aut ficta exempla circumscribi non possunt, aut hoc alterum τ. παραβ. genus etiam potest. Ceterum v. παραδείγματος usum figurae dicendi significat, v. παραβολῆς naturam.

Argumentum collationis si quando ex publicarum rerum genere est, aperte et diligenter, quae vis subiecta sit vocibus, quod genus rerum dicatur, verbis expressum est, quia illud, genere illo aut sine reprehensione (13, 1.), aut omnino non (19, 11. Mt. 18, 23.) ad res certae cuiusdam civitatis effecto, invidiam habere non poterat.

15, 3.); factum autem est in sermonibus ne tantillum quidem diversis: 6, 39. 21, 29. 5, 36. Apud Lucam inpr. latius patet voc.: 4, 23. 14, 7. Nonnullae parabolae, quae paullum absunt quin simplicem comparationis formam referant, in compendium redactae videri possint, 13, 18—21.

47) h. e. ut relatio Praedicati ad unum quendam auctorem, immo compositio partium etiam ficta sit, hac ipsae (elementa) autem veri notam habeant. — Eo, quod potuit res ab eo, a quo gesta dicitur, geri, a fabula aesopica differt parabola.

Locus, qui est ap. L. 20, 9. coll. Ios. Ant. 12, 4, 5. non debuit, opinor, a doct. Grossm. afferri: huiusmodi similitudinem inter multo etiam plures in commentariis sacris et ap. Iosephum locos esse vides. Haud facile Ascal. et Scythopol. illorum memoria demum effecit, ut res iud. optimatum ad vinitorum rem fingi posset. An Christus adversarios „in rebus illorum imaginem suorum temporum videre voluerit?" Tum vero cur tam tecte? (Schleiermacherus celeb. causam certe tectae orationis afferendo artificiosam suam loci Lc. 16, 16—18. interpretationem munivit.) Taceo enim, duplicem, si ita censeas, ἀλληγορίαν in oratione inesse; a quo vitio nostram parabol. vir doctiss. ipse studuit liberare: huius enim argumentum ipsum e genere publicarum rerum esse sibi persuasit. Si autem Christus nunquam tectius ex rom. rebus argumentum petiit collationis, utcunque „innotuerint ei iniuriae praetorum rom.," idemque „ex vita hominum rerum divinarum imagines decerpserit," ad rom. res fictam esse τοῦ οἰκονόμου similitudinem, ex neutro sequitur[48]. De portitorum rebus dicendi opportunitas erat:

48) Si quem nescio quid impellat, ut publicam causam tractari necessarium ducat, Ios. compluribus in locis de similibus iisque domesticis et, quod in rom. non cadit, τῷ κυρίῳ autem belle convenit, plerumque probatis delationibus tradidit: B. 1. 2, 6, 1. 2. 2, 14, 3. Arch. 14, 3, 1. 14, 9, 3—5. 14, 11, 2. 15, 10, 3. 4. 16, 9, 3. 4. 16, 10, 4—9. 15, 9, 2. 10, 5, 16, 5, 4. 17, 1, 1. 12. al.

argumentum autem parabol., quae has explicaret, idque ex re rom. delectum, non fuit „inter sermocinandum oblatum.“ Quam invidiam res habuerit, non commemoro quidem: sed quamvis vituperatio *τ. ἀδικίας* portitorum ad Romanos non pertinuerit, pertinuit tamen ad eosdem *ἡ ἀδικία ἡ τ. οἰκ.*, praetoris. Denique non potuit esse quidquam tecti aut ambigui in germana Iesu oratione: nam si רִבּוֹן דְּבֵית, עַל הַבַּיִת simil. dixit, praetorem dici haud facile quisquam existimaverit; sin פֶּחָה, dici praetorem nemo dubitaverit. Hoc autem recte mireris, interpretem graecum potissimum ita divinasse consilium Iesu tecte loquendi, ut tam parum communi usu in publ. rebus receptum nomen poneret, id, quod in aram. fieri non potuisset, sua lingua effecturus.

Schleiermachero, viro S. V., adeo ita videtur Christus de publ. rebus praecepisse, ut notaverit Romanos. Fecit autem hoc nunquam. Si interpres ille ex necessitudinis *κυρίου* et *οἰκονόμου* ratione et lege rem existimasset, in Romanos *ἡ ἀδικία* commissa videretur necesse fuisset. Poterat quidem parabola hanc quoque flecti in partem, ut Romani a portitoribus iniuria non afficiendi dicerentur: sed maluit Christus pro more suo civiles res praetermittere et divinas spectare.

Non minus Bertholdti sententia (83) ipsis sacris commentariis vitae Iesu refelli videtur. In nulla enim parab. duodecim suis tradita illum „in vitia et flagitia invectum esse“, aut, sicubi

severius quid praeceperit, hoc ita fecisse reperio, ut, quum singuli notandi essent, reliquos etiam notaverit. Lc. 9, 54. 49. Mc. 8, 33. Neque „arcere et detinere" tantum voluit eos, quibuscum nostro in loco egit: vid. v. εἰ ἐγένεσθε et v. 13. Hinc minus aptum facinus Iudae, quam de quo ceteris, a quibus id plane alienum esset, praeciperetur.

Denique *ratio narrationis et praecepti inter se* in disceptationem quaestionemque vocata, et primum quidem de Praedicati parabolae similitudine quaesitum est. Quum, quod factum esse traditur, idem deinde praeceptum esse videretur, neque tamen turpe quidquam a Iesu praecipi posset, intpp. vel τ. φρόνησιν solam, non modum etiam hanc hero probandi in praecipiendo spectatum esse rati, vel hunc omni turpitudinis crimine et nota liberantes, „a minori ad maius concludi" censuerunt. Qui ex priore fuerunt genere, ii argumentum collationi propositum ideo tantum, ut de prudentia in usu divitiarum probanda praecipiendi opportunitas esset, delectum arbitrati, omnem τ. οἰκ. et eorum, quibus praeceptum esset, similitudinem in communi τ. φρονήσεως necessitate inesse putaverunt, s. eandem necessitatis huius causam (ἀδικίαν) ponebant et in portitores praecipue omnesque repetundarum reos dictum, s. generatim de liberali sapientique bonorum caducorum usu praeceptum esse censebant. Verum si, qui docuit parabolam, hoc tantum sequebatur, ut pruden-

tiae usum in divinis rebus maiorem etiam quam in rebus huius terrae esse ostenderet, satis erat, prudentiae rebus huius terrae descriptae exemplum proponere; nisi forte metum ambigue et periculose dicendi inopia exempli honestioris, ex corruptela, quae cunctos τ. υἱοὺς τ. αἰῶν. τ. invasisset, exorta, superasse videatur. Neque discrimen illud facti et modi huius in ulla parab. factum deprehenderis: Mt. 13, 44. τῷ ἀγρῷ generatim, non τ. ἀγρῷ τινος dictum est, ut absit omnis iniuriae suspicio. 49)

Deinde, qui τ. οἰκ. vel onera s. a τῷ κυρίῳ (Schleierm.) s. a se ipso (Gsm.) inique imposita remisisse (antiquiores: rapinas restituisse), vel liberalem et pium esse coepisse (Schulz. cet. ple-

49) Hinc aliis necessarium visum est, voluerit Christus ad vim orationis augendam „a turpiore ad honestius concludi." Quae argumentandi ratio non quidem ab natura parabolae (Schulz. 97.) discrepat, sed a Iesu consuetudine parabb. docendi et ab oratione, qua h. l. usus est. Solet enim figura argumentandi illa accuratius verbis exprimi (A. ad Her. 4, 18); et, quod maius est, in locis, quos attulerunt, (7, 37—50. 18, 5—8. 11, 13) modus argumentandi ab eo, quem volunt, plane discrepat, quoniam probe factum ab improbis sedes et locus est argumentationis, turpitudo autem nequaquam, sicut ipsi in τῷ οἰκ. fuisse putarunt, ad modum se e malis expediendi etiam pertinuit. Praetermitto id, quod Iesum, illo modo argumentantem, eum, qui τ. ἀδικίαν ad τ. φρόνησιν applicuisset, φρόνιμον dicere necesse fuit; quod cum usu huius v. pugnare constat.

rique) arbitrati, turpitudinem facti ita sustulerunt, ut omnis causae τ. οἰκ. et τ. μαθητ. discrepantia in solo fine utrique hominum generi proposito insit, ii Praedicati similitudinem, quae cum prioris generis interpretibus non probata esset, illam argumentationis ipsorum difficultatem peperit, effecerunt quidem, sed eo tantum effecisse videntur, quod facinoris istius et causae totius existimationem a vulgaris οἰκονομίας rationibus ad aliam quamvis rerum conditionem et legem revocarunt [50].

---

50) Schulzius, vir celeb., ad normam οἰκονομίας a deo hominibus traditae, quam quidem ipse propter v. φίλων informaverat, humanam τὴν οἰκ. finxit. Hanc eandem ob causam aliquantum fluctuare videtur viri doctiss. oratio. Pag. 65. 69. ἡ τ. οἰκ. ἀδικία τῇ φρονήσει, quippe quae non ad τ. αἰώνια relata fuerit, non sublata et a τ. υἱοῖς τ. φωτὸς eo, quod τ. φρόνησιν ad horum appetitum revocarent, exstirpanda fuisse dicitur. Hoc igitur si propositum fuit docenti parabolam, ut contemtionem divitiarum maioris laudis conditionem poneret, ac si ex hoc res τοῦ οἰκ. ab illo iudicata est, ad duplicem oppositi generis φρόνησιν explicandam magis quam ad similem quandam φρ. „commendandam" oratio pertinuit, (μὴ ποιεῖτε φρονίμως, ὡς ὁ οἰκ. ἐποίησε φρονίμως, οὐ δίκαιος γενόμενος· εἰ γὰρ ἄδικοι ȣ. οὐ πιστοὶ ἐγένεσθε κ. τ. ἑ.). Opposita autem si sibi invicem sunt duo φρονήσεως genera, primum cum lege a viro doct. p. 97. scripta hoc pugnat, deinde cum locis p. 66 (ἀδικία allermeist in ihrem Verhältniss zu andern Menschen erkannt) et p. 81 (μαμ. τ. ἀδικ. als Beeinträchtigung Anderer, in ganz gleicher Art wie

Quoniam autem, ut ad rem propositam (quaenam autem haec fuit?), ita multo etiam magis ad naturam et rationes eius rerum generis, ex quo argumentum parabolae est, accommodate dele-

---

der οἰκ. τ. ἀδικ.); in quibus altera quaedam appellationis τ. οἰκονόμου causa posita est. Si enim ἡ διασκόρπισις in eo constitit, quod beneficus ille non fuit, ac si ab hoc neglecto muneris officio nomen ἀδίκου invenerit necesse est, aut hanc certe τ. ἀδικίας partem τὸ φρονίμως φίλους ποιεῖν sustulit, aut plane vanum hoc fuit. Si autem ὁ οἰκ. nec plane ἄδικος fuit, quoniam ad liberalitatem animum appulerat, nec plane πιστὸς, quoniam dei curam non gesserat, compleri debuit ἡ δικαιοσύνη τῇ πίστει. At huiusmodi differentiam τ. δικαιοσύνης et τ. πίστεως non fert vv. ἀδίκων et πιστῶν oppositio. Ac si ὁ οἰκ. a crimine τ. ἀδικ. plane liberari non potest, is, qui 12, 42 πιστὸν οἰκ. dixisset φρόνιμον, h. l. ἄδικον h. e. οὐ πιστὸν eodem illo nomine dignum censere non potuit. — Longius etiam ab usu οἰκονομίας discessit vir summus, Schleiermacherus, inductus ad id fortasse maiore τ. ἀλληγορίας, quam in sermone inesse censuisset, licentia. In re domestica οἰκονόμος τ. ἀδικίας is est, qui domino iniuriam facit: Schl. τ. ἀδικίαν ad τ. κυρίου et τ. χρεωφειλ. rationem inter se retulit. Hinc quidem ἡ ἀδικία causa laudis, πίστεως hero probandae autem nulla ratio fuisse videri potuit. (p. 202. 204.) — S. V. Grossm., in hoc Schulzii sententiam secutus, necessitudinem τ. οἰκ. et τ. χρεωφ. in re iudicanda spectavit; isque, ad quod contendebat, perfecit non pervertendo naturam rei domesticae, sed eo, quod hanc omnem sustulit.

ctum hoc censeri debet, delectus huius parab. eo tantum a crimine vel arbitrii vel levitatis defendi posse videtur, ut non tam quid debeat, quam id quod soleat fieri, in ea expositum, et hoc, ubi oratio ad praecipiendum pervenerat, non improbatum quidem, sed ad res eorum, quibus praeciperetur, pro diversissima illarum natura accommodatum censeatur. Haec enim est sedes et fons eius, quae est narrationem inter et praeceptum, discrepantiae. Itaque vis et tanquam nervus praecepti non in v. ποιήσατε φίλους, sed in v. αἰωνίους, atque in utriusque sententiae (ποιήσ. φίλους, ἵνα) coniunctione inter se contineri videtur; ut, quippe qui iam ἐφρόνησαν, ἐποίησαν φίλους, non ποιεῖν φίλους simpliciter, sed eo consilio ποιεῖν iubeantur, ἵνα δέξωνται (οὗτοι) εἰς τ. αἰών. σκ. (Hinc v. αἰων. praeter morem alteri praepositum.) Ὁ υἱὸς ὁ ἀπολωλὼς et ὁ οἰκ. ἐφρόνησε tandem; τ. υἱοῖς τ. φωτὸς autem praeter domini domum nulla alia patent domicilia. His positis demum apparet, quam ob rem de tam suspectae fidei φρονήσει expositum sit, atque integra h. e. incorrupta narratio per ἐπανόρθωσιν, conclusione ista simpliciorem, ad praecipiendum accommodata videri potest.

De Subiecti narrationis et praeceptionis ratione pari inter se modo definita non est quod dicam. Qui enim, ubi argumentum parab. ex singulari quodam causarum genere est, atque adeo tam manifestis verbis (μαμ. τ. ἀδικ.), praeceptionem quoque ad eandem rerum conditionem

spectare, significatur, cunctis hominibus praeceptum dari censuerunt, ii id solum ostendisse videntur, transferri posse orationem in alias etiam similis generis causas; quod quoniam haud facile nisi vel praetermissis vel mutatis iis, quae eam ad singularem quandam causam pertinuisse produnt, fieri potest, istiusmodi homileticis artibus tollitur tum vis orationis tum germana verborum potestas.

Hac duplici, Subiecti et Praedicati, similitudine quaeque hum. et divinae causae inter se contentio continetur. Nostra autem parab. ex earum genere esse videtur, quas non inepte historicas dixerunt, quoniam in iis non tam divinarum rerum conditio, quam certa quaedam et singularis res inter homines gesta vel horum ratio agendi quaedam simulacro adumbrata expressaque est. In hisce narrationibus Subiectum propter nativam suam similitudinem delectum, ac si qua pars eiusdem accuratius definita est (v. 1. 2.), ea pariter atque Praedicatum in earum partium narrationis numero habenda est, quae possint magis pro significandae causae natura, quam propter necessitatem quandam in expositae causae natura sitam delectae videri, abhorrere tamen ab hac nullo modo possint. Itaque partes nostrae parab., in quibus aliquid insit similitudinis, in duo haec genera descripserim, ad quorum prius eas retulerim, quae cum οἰκονομίας natura et ratione continentur. Hae si rei propositae non convenire visae essent, argumentum illud narrationi

non propositum esset. Ex altero genere eae sunt, in quibus τὰ περὶ τ. οἰκονομίαν ita gesta traduntur, ut, quum possent per naturam huius aliter etiam geri, similitudinis gratia in hanc potissimum partem versa videri possint, (velut laudatio). In iis autem, in quibus nihil similitudinis, nisi forte casu quodam, insit[51]), reliquas h. e. eas facile habebis, quae ad continenda inter se Sub-

51) Dudum explosa est eorum opinio, qui τ. ἀλληγορίαν vel ad singula paene verba, vel ultra parabol. terminos, ad interpretationem huic adiectam quoque pertinere, atque aut rerum iudaicarum ruinam aut corruptae Pharis. disciplinae abolitionem simulacro τῶν περὶ τ. μαμ. τ. ἀδικ. effictam esse potius, quam de huius ipsius usu quodam praecipi putabant. Ex priore genere recentiore tempore aliorum etiam Christi sermonum intpp. fuerunt, qui, ut hoc utar, Io. 5. locos, in quibus singula vocc. (φωνῆς, μνημείων etc.) in morum emendationem translata essent, conquirere, quam integram et veram τ. ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν simulacrum emendationis morum habere maluerunt. Quibus in parabolis (L. 20, 9. 14, 16. 8, 4. 10, 30.) est variorum quorundam generum distinctio, eas, licet haec similitudinis, neutiquam delectationis gratia facta censeri debeat, nolim equidem ἀλληγορικὰς dicere prae ceteris (Schreiter. 2.). Ἀλληγορία est, s. de uno s. de pluribus generibus dictum est; modo ne eam sicut ad distinctionem, ita ad causas et modos differentiae pertinere opineris. Idem Schreit. iniuria Grünenberg., Lomeier., Starenberg., Driessenium, quibus de usu quodam bonorum praecipi visum erat, eodem loco, quo Karlios, Gillios, al. habuit.

iectum Praedicatumque narrationis necessariae erant, neque tamen in exitum causae momentum habebant; ita igitur comparatae sunt, ut necessitas illa idonea causa sit, ob quam positae sint aliquae; arbitrium dicentis, cur hae potissimum. In quibus non reperitur utraque haec nota, earum causa probabilis nulla superest nisi similitudo [52]).

---

52) Sensi, me imparem esse difficillimae huic quaestioni solvendae, atque hinc factum fortasse, ut mihi ambigue hac de re a viris doctis scriptum esse videretur: velut alterum id, ex quo Keilius didacticae parab. partes „palmarias" cognosci posse putavit („si quae cum sententia illustranda tam arcte sint coniunctae, ut ea salva abesse non potuerint" Hermen. §. 81.): haud raro enim de „sententia illustranda" ipsa ex partibus illis demum iudicari potest. Atque de causis differentiae didact. et historicar. parabb., de legibus interpreti harum scribendis, de praecipuarum et similium partium distinctione, de iis parabb., in quibus utrumque genus illud parabolas docendi mixtum est (10, 30—37. 18, 9—14), neminem copiosius dixisse vides (Mor. Eichst. I. 317.)

Quam difficile sit, definire partium similitudinem, tres e recentioribus intpp. docuerunt, qui ne eam quidem, quam sua parabolae enarratio flagitare videretur, omnibus in partibus praecipuis vi et arte efficere valuerunt. Ex iis, quae apud S. V. Schleiermach. sunt, hoc unum commemoro: ὁ οἰκ. munere decedit domino id propter perfidiae suspicionem iubente: portitores, ut ultro a Caes. partibus discedant, monentur, ne, cui fortunarum omnium ruinae

impendeant, in eius temporum communionem suas fortunas collatas habeant. — Non maior Pharisaeorum et praetoris rom. videtur esse similitudo. In copiosa peccatorum ordinis illius enumeratione (Gsm. 51—55) nullum paene reperire potui, cui cum scelere praefecti provinciae eo, quod solum notatur, tanta esset similitudo, ut, mentione illius τ. ἀδικίας facta, Pharisaeorum facilius quam portitorum memoria animos audientium subierit. Commemorata quidem a scriptore Luca nulla alia est pars officii praetoris quam ea, quae in pecuniis publicis procurandis versatur. Aut igitur in hoc potissimum genere peccaverint isti necesse est; aut id, quo praecipue populares „divexarunt," velut disciplinae morum corruptio, cum opum terrae dissipatione et rapinis conferatur. At Luca quidem interprete (v. 14) Pharisaei ipsi de pecuniis tantum egisse Christum arbitrati sunt; neque ἡ ἀλληγορία ultra parabolam (ad v. 9 sq.) pertinere censeri debet. Atque potestas Pharisaeorum, posteaquam (Ios. Arch. 13, 16) Romanis summa rerum commissa fuit, ad publicas res et opes provinciae inprimis minus patebat, quam ut hasce perdendo robur populi debilitare dici potuerint. Loca Mt. 23, 13. Lc. 11, 39. 42. vix suffecerint, et v. 46, ubi in τ. νομικοὺς separatim dicitur, legum morosa interpretatio potius quam onera vectigalia imponendi lubido notatur. Neque aptius inter se contendantur severiorem quam molliorem vivendi rationem sectantes atque effeminatus ille; summa apud plebem gratia valentes eamque studiose affectantes atque Verres; quemadmodum hic „antea cum decumanis colluserat, posthac iniquas horum pactiones rescidit," ita Ph. a portitorum scelerata societate discedere tandem debent; an portitores, si non Pharisaei? — Parum aptam

D. *De usu locorum, in quibus Lucas suam et Christi de divitiis sententiam exposuit*[53]. Cf. Schulz. p. 1—35.

Primum de eorum locorum ratione et delectu agendum, in quibus Lucae peculiaris quae-

„partium essentialium“ similitudinem Bertholdt. (76. 83. 84.) animo informaverat; velut: οὐ δυνάμενος τ. λόγον ἀποδιδόναι μετέστη — Iudas „nec convinci potuit nec μετέστη“; ira domini est causa ruinae rerum τ. οἰκ. — causa metus Iudae est rerum Iesu ruina; tum qui φίλοι Iudae? quae laudatio τ. φρονήσεως Iudae? Si historice interpretandum, unius etiam partis et earum impr. partium discrepantia, quae facile ad rem accommodari poterant, nonnullarum similitudinem superst et omne comparandi consilium eludit. — Meam de hac similitudine sententiam supra p. 87—89. exposui.

53) Esse tandem aliquando a confusione et commixtione scriptorum vitae Iesu Christi recedendum, id, qui aliquem in his usum habet et cum religione quadam potius quam pro arbitrio antiquos et sacros libros, omnis disciplinae christianae fontes, tractare consuevit, facile intelligit. Ne ut terreantur quidem nostrae aetatis interpretes, e mortuis revocandi sunt Hauberi, Rusii, Gerhardi, Osiandri et reliqua cohors eorum, quos Augustinus (de consensu etc.) longe superaverat prudentia, Bengelius iamdudum explosit: (in istos enim, quae S. V. Schulzius p. 15. 16. disputavit, dicta sunt). Alia quaedam recentiores vel tenere vel invasisse videtur libido, singulas res a Iesu gestas certo temporis ordine disponendi, alterum scriptorem pro al-

dam de divitiis sententia inesse existimetur. Differentia Luc. et ceterorum inter se non in re ipsa, sed in frequentia sermonum huius argumenti cer-

terins interprete habendi, uni alicui, velut Lucae, plurimam ab omni fere parte fidem prae ceteris tribuendi, id denique, quod quisque in singulis locis disponendis et exponendis constanter secutus sit, demonstrandi.

Seiungendum igitur esse Mtum a Lc. in interpretando, illud quidem manifestum est: in causis autem huius rei praecipuis nescio an peculiaris cuique ingenii natura haberi non possit. Secerni hic debent, qui sunt e genere historicorum, ab iis, qui docendi praecipiendique causa scripserunt: longe minus valuit in illis, Mto et Lc., inter scribendum ingenii indoles, longe minor etiam est inter eosdem discrepantia partibus in iis, in quibus potissimum (dico autem orationes et sermones Christi) vis illius, si qua fuit, magna esse debuit. Effecit hoc utrumque officii historici ratio; pietas enim illa hebr. historicorum consensum potius quam dissensum peperit. Quae autem est discrepantia, ea et cernitur magis in delectu et dispositione rerum, oratione, aliis, quam in rerum ipsarum expositione; et exorta videtur cum aliis ex causis, velut temporum locique rationibus diversis, tum inprimis e diversa natura ipsorum fontium, quibus quisque utebatur. Etenim literis et doctrina minus imbuti illi non tam scripserunt res a Domino gestas, quam quae a testibus acceperant, collegerunt. Hinc accidit, ut, e quibus duobus maxime vis ingenii cuiusque cognosci possit, ea potissimum desint. Primum enim constat sibi uterque scriptor in verborum delectu, usu, com-

nitur. Atque ex hac quoque tum demum recte de scriptoris ratione sentiendi iudicari potest, cum consulto mentionem divitiarum vel egesta-

positione, in omni oratione haud parum, tam parum autem in rerum delectu et expositione, ut nullam ex istis legibus, scil. quas recentiores iis scripserunt, servaverint, et, ut unum commemorem, locos praetermiserint consilio proposito, si quod fuit, convenientissimos, et vicissim. Deinde, quod divinarum praecipue rerum natura ferre dicitur, ut eae mentis humanae vim et iniuriam quasi patiantur, id magnam vim habuisse in conscribendo, itaque discrepantiae causam fuisse, ex iis commentariorum partibus, in quibus inprimis conspicuum illud esse debuit, minime conspicuum est: nam inter se quidem illi multo minus et rarius in orationibus et verbis Iesu ipsis, quam in rebus discrepant. Denique, si iidem rem ad suam quisque naturam potius quam se ad rem accommodarunt (subiective magis quam obiective, ut ita dicam, scripserunt), nescio an inauditum hoc sit, duo ita scribentes ad tam similem accommodationem a natura fuisse institutos. Quum enim discrepantiarum haud exigua pars vel non possit a peculiari cuiusque natura repeti, vel possit commode ad alias, supra commemoratas, causas referri, tanta in reliquis et iis quidem, quae praecipue ad cuiusque ingenium conformari solent, deprehenditur similitudo et convenientia, ut ipse quidem facile credam, animi quodam impetu latos magis quam consilio et propria meditatione ductos scripsisse Nostros, sed illum ex summa illa filii dei et rerum eius admiratione ac veneratione (πνεύματι ἁγίῳ) exortum putem, quae totam mentem animumque, tanquam integrum

tis factam esse apparet, neque alia huius causa poni commode potest. Hinc secernendi ab eo, de quo nos quaerimus, locorum genere, quicunque,

eo usque et intactum; recenti et nova sua vi facile ita occupasset, ut pari quodam imperio naturam cuiusque moderaretur.

Si autem in scriptoribus vitae Iesu de rebus huius non tam ad veritatem, maiori certe ex parte germanam et incorruptam, quam ad ipsorum sententiam traditum est, ac si hoc solum modo ad augendam rerum divinarum cognitionem, ad torporem et putredinem quasi ab ea propulsandam, ad splendorem magnificentiamque Redemtoris nostri et rei christianae velandam perpetuum aliquod a deo mortalibus afferri potuit adiumentum (Schulz. 12—13. 16—19), dubito equidem, an interpres per hoc debeat, per illud possit sinceram veritatem divinam detracto vestitu humano cernere oculis conari et, ne tardi ingenii esse videatur, fontes videre malle, quam rivulos consectari (p. 19. 20 ibid.). Nam hoc ipso tollitur illud adiumentum. Ac si propterea hoc non fieri sententiamque illam utramque sibi constare dicas, quod studium solum idque infinitum ponatur, hoc ipsum si non maximam partem vanum fore, ad interpretem certe nihil attinere videtur. Interpretis hoc tantum est, ut tum quid singuli ii, qui scripserunt, non quid ii, de quibus scripserunt, senserint, videat, tum illos inter se comparando, in quo consentiant, in quo discrepent, colligat; nisi hunc cunctos complectentem interpretem in historicorum numero habere malis. Si ab hoc utroque interpretationis genere deserimur, nos omnino desertos fatemur. Natura fontium, nisi qua postea accessit corruptio,

velut 12, 15—21, in iis commentariorum Luc. partibus continentur, quae in Mto non reperiuntur. In his enim colligendis fontium, quibus

ad interpretem nihil attinet, officii eius naturam et fines non mutat. Interpretem enim eum dicere solemus, qui solam eorum, qui fontes appellari consueverunt, auctoritatem sequatur, et, ubi hi minus sufficere ipsi videantur, nihil scire (negative agere, inquiunt) quam umbram disciplinae Christi, scil. „penetrando ad principalem lucis et veritatis sedem" venari malit. Iudicare, quid sit ex iis, quae ad nos perlata sunt, divinum, quid non, immo adeo, quid praeter illa, hoc interpretis h. e. interpretantis non est. Historici, universorum fontium interpretis, est illud quidem: sed vereor, ut contentio horum inter se multum in hoc genere profutura sit. Accidit quidem, ut cognita corruptionis varietate causas eiusdem, atque his perspectis formam quasi conspicias; sed caret in hac nostra causa historicus praesidio quodam, quo criticus, quem dicunt, utitur. Huic enim in plerisque scriptoribus magna suppetit copia locorum, in quos nulla suspicio depravationis cadit, quibus igitur, tanquam regula et norma, in iudicandis ceteris uti potest, adeo ut iustam sibi viam ad „coniiciendum" apertam munitamque videat. Longe difficilior est eorum locorum delectus, quos historicus in indagando eo, quod germanum sit, duces sequatur, ex quorum auctoritate de reliquis, vel ob dissensum aliorum, tamquam codicum, vel ob rei traditae naturam aliquantum suspectis, existimet. Qua enim norma iudicandi critico uti licet, quia, ubi non sit aperta et „positiva" suspicionis causa, recte scriptum esse censet, ea carere oportet historicum eum, qui, sublatis etiam

quisque utebatur, ratio plus valuisse videtur, quam praecipuum quoddam studium locum de divitiarum contemtione tractandi. Nam et desunt loci

---

ceteris dubitandi causis, velut dissensu, postulat, ut veritas expositionis alicuius ipsa demonstretur, itaque nullum locum ab omni suspicione liberare recte potest. Vereor enim, ne, qui particulas quasdam commentariorum de vita Iesu Christi prae ceteris secutus speciem quandam huius animo informaverit, in arbitrii crimen incurrat. Illiusmodi autem regulae ἐκλέξις, ad quam de cunctis rerum Iesu scriptoribus iudicium feras et, quid Christo dignum habendum sit, definias, non potest nisi alieno ab historia niti fundamento. Si qui scriptores inter se aut secum ipsis aliqua in re pugnant, facit ars historica iudicandi et eligendi potestatem. Ultra id autem; quod cuncti illi vel tradiderunt, vel non tradiderunt, vel ob dissensum inter se, brevitatem aliisve de causis in medio reliquerunt, historico quidem sapere non licet. Iampridem contra eos desitum est disputari, qui, dum naturam miraculorum Iesu aut, ut de alio genere dicam, mythorum graecorum rationes et causas perspectas habere sibi videbantur, in historicis haberi, historico dignum quid egisse videri volebant. Si igitur Nostri tantum suo quisque ingenio indulserunt inter scribendum, ut „scriptorem saepius quam Christum docentem audiamus," adversus eum, ut exemplo utar, qui illiberalius quoddam praeceptum nostro in loco dari sibi persuaserit, aut, si hic recte, adversus Luc. ipsum ea tantum „filii dei ratio sentiendi," quae ex hoc ipso aut alio quo rerum Iesu scriptore cognoscitur, afferri quodammodo potest.

Verumenimvero neque ea, in quibus consen-

nonnulli ad rem perquam apti, velut in Luca loci duo, qui ap. Mt. sunt, 6, 2—4. 25, 31. sq., et in plurimis illorum, quos dicebam, si a cap. 16. et 19, 1. discesseris, tam leviter et obiter divitiarum vel paupertatis mentio iniecta est, ut huius particulae causa totus locus vix possit delectus videri, 4, 18. 19. 1, 53. al. Secernendi etiam ii, qui pari vel simili modo apud Mt. perscripti sunt: 4, 6. 8. 6, 27—36. 16, 13. 12, 22—31. 7, 22. 8, 14. 9, 3. 10, 3. 18, 18—30. 9, 25. 22, 5. 6. Valent autem ad quaestionem propositam ea loca, in quibus Lucas aut alius quis ante eum, quae apud Mtum sunt, ea inter-

tiunt duo illi vitae Iesu scriptores, a persona huius aliena sunt — nisi forte hanc, rem historicam, ex aliis nescio quibus causis rationibusque existimare et fingere velimus; neque ea, in quibus dissentiunt, quum ne pertinuerit quidem magnopere hic dissensus ad verba Iesu, ea sunt, ob quae Christi sententia a scriptorum sententia secernenda videatur. Ab eo certe quidem, quod „non constet, quae fuerit inscriptio crucis Iesu, quae conformatio orationis dominicae, qui numerus daemoniacorum et coecorum quorundam, quae regio, in qua sanati hi fuerint," ab huiusmodi igitur quaestionibus non exordieris (Schulz. p. 14), si eam commentariorum illorum inter se discrepantiam esse demonstrare volueris, ob quam, quid Iesus senserit, ex iis cognosci perspicique posse neges. Immo ipsa quae est in rebus discrepantia, in tanto expositionis sermonum consensu, complurium testimoniis integritatem horum munitam et confirmatam esse ostendit.

pretando ad causam egenorum et divitum accommodasse videri possit: 6, 20. πνευμ. omiss. v. 21. δικαιοσύνην om. v. 24. 25. mala τ. πλουσίοις imminentia. 12, 33. ἐλεημοσ. 14, 21. 11, 41. 23, 50. (quanquam nec in Mc. aut Io. τ. πλουσίου mentio fit.) 14, 33.[54]).

Secundo loco videndum, quid Iesum de divitiis sensisse Luc. inprimis tradiderit; inconsiderate enim nonnulli quascunque opiniones ex thalmudicis, apocryph. libb. V. T. et Alexandr.[55]) in Christi disciplinam transtulerunt. Et continebatur quidem huius pars quaedam praecipua rerum humanarum et divitiarum inpr. contemtione: antiqua enim haec erat maiorum sententia et ipse viderat, quantum officerent divitiae honestati, quantum adiumenti ad huius studium afferret tenuior, qua ipse utebatur, rerum conditio; paucos e divitibus divinae suae causae fautores et adiutores

54) Locus Mt. 26, 11, si a L. (7, 36) propter offensionem potissimum, quam illa sententia habere posset, praetermissum eum esse appareret, prae ceteris huc pertineret. Quid vero, si sola ea sermonum illorum pars, quam Luc. perscripsit, ad id, quod propositum ipsi erat (cf. v. 34 et Schleierm. l. c. ad h. l.), apta ei visa fuerit? aut si haec sola ei innotuerit?

55) Velut ea, quae Prov. 15, 27 intps addidit, Sirac., 12, 4—7, et auctor libri Tobiae, 12, 9, scripserunt, Iesus Christus non praecepit: nam v. πάντα L. 11, 41 ad τ. ἔξωθεν et ἔσωθεν τ. πίνακος spectat; quanquam tribuisse aliquid Dominum liberalitati in studio bonorum aeternorum, constet. L. 14, 14.

nactus erat, prope instantem rerum omnium mutationem expectabat; et, quod summum est, animo erat divino et ad divina erecto [56]. Neque tamen, si has causas consideraveris, frequentia sermonum huius argumenti, neque, si diversa hominum genera, modus illud tractandi in hanc te opinionem inducet, Iesum divitias ipsas perpetua quadam nota et ignominia condemnasse, aut beneficentiae tantum tribuisse, quantum, qui ante eum populares ad res divinas instituerant. Nunc enim cuiusvis generis homines vel de dignitate et pretio, quo egeni habendi sint, vel de divitiarum appetitu aut pravo usu vitando, vel de liberalitate animi deo probanda monet (Lc. 21, 1–4. (4, 18). 14, 12. 13. 6, 27–36. 9, 25. 6, 34. 7, 41. 11, 41. 12, 13 sq. 16, 19 sq. 19, 8. 9. (10, 25–37 latius patet.) (Act. 9, 36, 10, 31. 5, 2. 8. 20.) –; nunc futuros causae divinae in his terris defensores et procuratores mentem animumque ab omni bonorum huius terrae appetitu et usu sevocare iubet (Lc. 12, 22 sq. coll. v. 14–21, ubi longe

56) Grossmanno S. V. (p. 1.) disputatio de divitiarum usu a rerum Iesu ratione vitaeque institutione aliena visa est, triplicem ob causam. At vero tenuis rerum Christi conditio ut maxime aliena erat ab usu divitiarum, ita minime abhorrebat ab earundem contemtione et ita fortissime ad praecipiendum de recto usu impellebat. Deinde τ. μαθητῶν egestas adversus eos certe commemorari non potest, qui portitoribus praeceptum esse censent. Denique de ipsa contemtione divitiarum non est cur dicam.

aliter. 9, 3. 10, 3. 18, 19–27: *ἀκολούθει μοι.* v. 28–30. 9, 57–62. [Hinc App. non appetunt divitias, nec possident: Act. 3, 6. 20, 33. idemque *imitatur* vulgus etiam christianorum 2, 44. 45. Uno tantum in loco, Ev. 14, 25–33, eadem cum severitate vulgo etiam praecipit Christus, quia summa poscendo levitas huius depellenda videbatur.] Sic praecipi decuit *τοῖς εὐνούχοις τ. βασιλείας* propter muneris obeundi rationes; hinc etiam his tantum fragilitatem opum afferre oportere docet inopiae solatium, eosdemque nunquam ea de causa, ob quam ceteros, propter intemperantiam et pravum usum divitiarum avocat ab harum appetitu. Vicissim ceteri, qui intemperantiores se gesserant, non ut abiiciant opes, causam intemperantiae, sed ut hanc ipsam ex animis evellant, monentur. (12, 15 sq.) Praecipuis duobus vitiis, avaritia et luxuria, e vita divitum sublatis emendatur usus, non tollitur possessio, quae sicut bonum secundum quid, ita malum secundum quid existimatur: interest enim inter *τὸ ἔχειν μαμωνᾶ* et *τὸ δουλεύειν τῷ μαμ.* Si Iesus, „possessione ipsa abusum," usum igitur distributione omnium bonorum contineri docuit, vix potuit hoc praecipere, deum quosdam ita maiori rei praefecisse, ut de iis, quae ex hac redirent, afflictis egenorum rebus succurrerent. Praeessent illi amplius necesse erat [57]. Quod autem

57) Neque Zachaeus (19, 8) omnia profundebat. Cf. Solonis illud (Plut. parall. p. 110. ed. Fcf.) *χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι Οὐκ ἐθέλω.*

plerosque fallere videbat Christus in hoc munere fidem, eo ad hoc quidem impelli potuit, ut tenui vitae conditione utentes propter hoc bona messiana acquirendi adiumentum a fortuna allatum felices praedicaret, et ad eosdem per illam liberaliore sentiendi ratione imbutos bona illa praecipue pertinere doceret, contrariam autem sententiam absque αὐξήσει ex fervore animi profecta (Conz.) de divitibus diceret (8, 14. 18, 24–27. 6, 20–24. coll. 16, 25. 14, 16–24). Sed neque Hebraeis nominis potentium offensio et invidia, ex frequentiore abusu potestatis publicae exorta, huius ipsius usum et necessitatem sustulisse visa est. Itaque si quis rem noxiam ipsam potius quam vim huius noxiam propulsandam, τῇ οἰκονομίᾳ citius ocyus decedendum, thesaurum et fontem liberalitatis exhauriendum, hunc lapidem Lydium, tanquam προςκόμματος, abiiciendum indicaret, et Iesum ita sensisse suspicaretur, ei videndum esset, ne praeceptum illud de manu exscindenda et oculo evellendo male a causa sceleris ad opportunitatem eiusdem transferre, animique inertiam servi istius σουδαρίῳ tegere videretur.

Reliquum est, ut videamus, quid haec disputatio ad nostri loci interpretationem valeat.

Quod praeclare praecipitur, ut „scriptor ipse optimus suae sententiae interpres habeatur," id duas inprimis videtur habere cautiones[58]. Pri–

58) Exiguitate enim eorum, quae quis scripserit, circumscribitur finibus quibusdam, non tollitur usus et potestas praecepti.

mum enim is, qui de alterius cuiusdam sermonibus exposuit, cum eo confundi non debet, cui propositum fuit, ut suam sententiam exponeret. Atqui in Lucae commentariis tam exiguus est numerus locorum, in quibus scriptor sibi aliquid tribuisse videri possit, pleraeque illorum partes talem usum fontium scribendique modum referunt, ut, si quid ille suo quodam modo de divitiis senserit, hoc in quamvis huius generis disputationem Christi transtulisse et singularem, quem hic in illa secutus erat, modum ad illud accommodasse, h. e. rem corrupisse non cēnsendus sit. Sed hac de re supra dictum est.

Deinde vero, si in Christi ipsius sententia cognoscenda sequeris Lucae auctoritatem, inter continuam et ad eosdem habitam orationem aut perscriptám disputationem atque sermones Iesu discrimen faciendum. In his enim propter hominum, quibuscum agebatur, ac temporum locorumque diversitatem magna fuit rem eandem variis modis tractandi opportunitas; maior constantia tractationis in genere, quod dixi, priore. Hinc quod rectissime praecipitur, ubi universam de genere quodam rerum sentiendi dicendique rationem dicis, id in singulos sermones ita transferendum esse videtur, ut fundamentum illud varia rem tractandi ratione everti non potuisse existimetur, ceteroquin autem alterum hoc praeceptum quasi principatum obtineat, ut *loci cuiusque natura et ratio sedes et tanquam domicilium omnium argumentorum habeatur.* Haec loci natura sita est

in delectu modi cuiusdam sententiam exponendi. Hunc, velut in nostro loco simulacrum *οἰκονομίας*, ad veritatis rationem effictum esse necesse est. Ac si hoc in aliis etiam sermonibus, qui de *οἰκονομίᾳ* agunt, factum est, ab ipso etiam scriptore propositam vides regulam et normam iudicandi. Itaque praeceptum illud ipsum, si quidem vis eius et auctoritas ad modum quoque res tractandi valet, usum ceterarum partium huiusmodi collectionis sermonum finibus quibusdam, h. e. genere quodam partium libri describit; causae autem huius circumscriptionis sunt necessaria rei et modi rem tractandi distinctio, huius posterioris varietas, denique s. dicentis s, scribentis tum in fictione huius eiusdem religio, tum in eodem sequendo constantia. Hinc non solum de universitate sermonum, in quibus de divitiis disputatum sit, sed *de illo etiam genere sermonum considerabis*, *in quo eundem in modum*, h. e. *οἰκονομίας* simulacro proposito. Quo magis finitimae partes eae sunt, in quas versari res potuit, eo diligentius cavendum, ne generis universi similitudine et aequalitate partium dissimilitudinem inter se varietatemque sublatam, aut hanc non tanti esse existimes, ut is, qui commune illud argumentum orationi suae proposuit, singulare quiddam secutus videri debeat.

Atque differre sermonem nobis propositum a ceteris eiusdem generis inprimis eo, quod pecuniosorum hominum temeritas amorem pecuniarum ad studium quoddam rerum divinarum ap-

plicandi notetur, neque igitur Apostoli neque ceteri ex vulgo simpliciter de contemtione rerum huius terrae aut de liberalitate moneantur, itaque universam Christi de divitiarum usu sententiam fundamentum disputationis huius, non argumentum ipsum esse, atque huius tractationis rei et causam et documentum esse solemnem τ. οἰκονομίας rationem et naturam, hoc constitueram comprobare.

HERM. SAM. REIMARI

P. P. LL. OO. IN GYMNAS. HAMBURG.

ANIMADVERSIONES CRITICAE AD VERSIONEM VERNACULAM VET. TEST. A. B. LUTHERO CONCINNATAM.

CUM EDITORIBUS COMMUNICATAE

AB

ANT. THEOD. HARTMANN

THEOL. D. ATQUE PROF. ROSTOCHIENSI.

PRAEFATIO.

Animadversiones, quarum gustum hic dare visum, manu scriptas reliquit cel. *Reimarus*, quae publica subhastationis lege Hamburgi divenditae abhinc annis quatuor in meum museum migrarunt, ubi amplius delitescere nolui. Nam cum ob argumenti, quod tractandum sibi proposuit auctor, praestantiam, tum ad memoriam viri celeberrimi atque doctissimi recolendam dignas omnino habui, quae lectoribus offerantur et eadem, qua inceperint via, a linguae hebraicae peritis continuentur. Utrum animadversiones, quas non omnibus Vet. Test. libris, sed nonnisi libris Mosis, Josuae, Ruthae, Samuelis, Regum, Chronicorum, Esrae, Nehemiae, Volumini Esther additas deprehendi, solis auditoribus destinarit, an aliquando

auctiores ac emendatiores emittere constituerit *Reimarus*, non habeo dicere: quod vero ad tempus, quo scriptae sint, adtinet, auctorem ultima aetatis suae parte et quidem post annum demum quinquagesimum septimum saeculi vix elapsi opus aggressum fuisse ex §. 14. haud temere coniicere licet.

Nemo negaverit, omni ex parte utilem esse laborem eiusmodi, qui tritam vulgo versionem emaculaverit, et liberaverit ab offensione aut occasione erroris. Beati quidem Lutheri germanica versio non tantum in fidei morumque capitibus nihil continet alienum ab analogia Scripturae S. sed et generatim fida, luculenta atque elegans merito habenda est, et praeter rationem passim sugillatur, vel ab extraneis, vel a nostratibus ipsis. Attamen plurimis in locis verius, nervosius accommodatius reddi ad fontes ipsos potuisse nemo, nisi omnium harum rerum rudis aut caeca superstitione ductus negaverit. Ipse D. *Lutherus* et post eum Lutherani bene multi confessi sunt. Accidebat quoque *Luthero* hoc incommodum, quod reviviscentibus eius aetate literis graecis atque latinis, hebraicae adhuc prope sepultae iacerent, nec idoneis vel Grammatices, vel Lexicorum aut Commentariorum adminiculis sublevarentur. Neque negari potest, ipsum Lutherum, quod vocales et accentus ultra, quam par est, contemneret, ipsum in culpa fuisse, quominus veriorem sensum Masorethicae lectionis meditaretur et exprimeret. Denique observandum est,

viro beato editiones bibliorum hebraicorum paucissimas et minus accuratas fuisse ad manum.

Reimarum nostrum inter philologos Hebraicos sui temporis praeclare eminuisse, neminem latebit, qui fugitivo tantum oculo perlustraverit quatuor eius disputationes: de differentiis vocum Hebraicarum Vitembergae 1717. 1718. 4. et dissertationem: de Assessoribus Synedrii M. LXX. linguarum peritis Hamburgi 1751. 4. recus. in Sylloge Commentationum Theologicarum edit. a D. *Dav. Jul. Pott* et *Georg. Alex. Ruperti* Helmstadii, Vol. II. 1801. 8. pag. 500. 543.

Duo alia monumenta haud vulgaris eruditionis adservantur in Bibliotheca Tychseniana, quorum alterum (vid. Catalog. sect. secunda pag. 16. No. 31.) continet Scholia ad *Conr. Ikenii* antiquitates hebraicas manu b. *Sam. Reimari* Prof. Hamburg. scripta e penu ditissimo depromta pagg. 533. in quaternis complectentia: alterum inscribitur (vid. l. c. pag. 15. No. 17.) Consensus Antiquitatis Judaicae super locum Jerem. 23, 5. 6. edit. ab *Esra Edzardo*. Hamb. 1670. Locos ab auctore adductos ex Jalkut Pesikta, Rabbetha, e Talmude, Rabboth, Tanchuma, Medrasch Tehillim et Commentariis Biblicis et Saadia cet. versione latina donavit *Reimarus*, capita versusque citatos adposuit, abbreviaturas dilucidavit multasque adnotationes utilissimas adspersit.

Ne fines pro eiusmodi scriptionum scopo circumscribendos excederem in solo prooemio et

in paucissimis adnotationibus delectu habito subsistendum duxi, ut, quod consilium ceperit auctor celeberrimus et quamnam medicinam Versioni vernaculae a b. Luthero concinnatae attulerit lectoribus illucesceret. Notis emendationibusque adspersis seriem orationis saepius interrumpere a fine proposito alienum videbatur: hinc nonnisi appendicem, quam boni consulant peritiores, adiungere libuit.

Haec in limine admonuisse sufficiat. H.

PROOEMIUM.

§. 1.

Loco prooemii ostendam rationibus et testimoniis:

1) Interpretationem Vet. Test. Germanicam a Luthero exaratam, et per se egregiam non carere naevis, quatenus subinde ab hebraica veritate aberrat;

2) Utilitatem et necessitatem conferendi versionem hanc cum textu hebraico demonstrabo;

3) Ideam et regulas bonae interpretationis litteralis suppeditabo;

4) Quinam emendare Lutheri versionem novis versionibus aut annotationibus conati sint, indicabo.

§. 2.

Jam quod ad primum attinet, ex rationibus temporum Lutheri et ex ipsa natura linguae Hebreae rerumque in Vet. Test. traditarum facile intelligitur, viro magno difficile fuisse, rerum sensum ubivis acu tangere. Equidem longe absum ab eorum impudentia aut malitia, qui Luthero-mastiges merito audiunt, et adducti sunt a b. *Fabricio* in *Centifolio Lutherano* *) Tom. II. pag. 629 sqq. et facile concedo, multis nominibus illa ipsa aetate praeferendam fuisse versionem Lutheri caeteris ante ipsum; immo recte eam defeudi coutra plerasque reprehensiones, quod fecerunt plurimi, nominati in eodem Cen-

*) Opus hoc copiosissimum, quod duabus partibus, quae Hamburgi a. 1728 et 1730. in octonis prodiere, absolvitur, exhibet notitiám literariam scriptorum omnis generis de Luthero, eiusque vita, scriptis et reformatione ecclesiae, in lucem ab amicis et inimicis editorum, digestam sub titulis CC atque in memoriam saecularem divini beneficii ante trecentos annos repurgatis sacris Hamburgo praestitis.

Autor celeberrimus coepit postea Hymnorum sacrörum collectiones a Luthero et Lutheranis scriptas velut supplementi loco recensere, ut *Herm. Sam. Reimarus* in Commentario lectu dignissimo de Vita et Scriptis *Joannis Alberti Fabricii*, Hamburg. 1737. 8. p. 173. narrat: an vero unquam publici iuris factae sint, penitus me fugit.

tifolio Part. I. p. 149 sqq. et Part. II. p. 628. At vero neminem fugere potest, quam rudis tempore Lutheri fuerit cognitio linguae hebraeae, postquam ex plena eius ignoratione emergere coepit, quam manca lexica, et grammatice, caeteraque subsidia, quam pauci doctores linguae periti, quam vitiosae editiones, quibus Lutherus uti potuit, nimirum Brixiensis Anni 1494 in 12 *), aut forte Bombergia Veneta Anni 1517. in Fol. quam rari denique boni Commentarii ex Hebraica veritate genuinum sensum eruentes, vel etiam versiones ex fontibus petitae. Deinde ipsa lingua et stilus Vet. Test. plus difficultatis habet, quam Nov. Test. propterea, quod hic unicus liber est ex omni antiquitate, lingua Hebraea scriptus, cum Graecum Nov. Test. patiatur collationem cum innumeris scriptoribus Graecis, profanis itemque cum LXX. Interpret. *Josepho*, *Philone*, Apocryphis. Neque negandum est, dictionem et constructionem linguae Hebraeae, praesertim in rerum ipsarum insolentia, obscuritati et ambiguitati magis esse obnoxiam; quam linguam stylumque N. Test. cui plus lucis impertitur lingua Hebraea, quam ab N. T. stylo accipit. Ut non dicam singularem Luthero fuisse causam discedendi a sensu textus Masorethici,

---

*) Cf. *Benj. Wilh. Dan. Schulze's vollständigere Critik über die gewöhnlichen Ausgaben der hebr. Bibel. Berlin 1766. 8.*

quia vocales et accentus velut nova inventa contemnebat.

§. 3.

Idem quod argumenta ipsa generatim docent, agnovit primum ipse Lutherus, qui parum sibi tribuit in Hebraicis, ut ostenditur *im Hessischen Hebopfer* Tom. II. p. 768 sqq. et ipse versionem suam priorem in posterioribus saepe correxit. Quid deinde aliud sibi volunt praestantissimi commentatores nostri *Geierus*, *Calovius*, *Schmidius*, *Gerardus*, *Franzius*, *Waltherus*, *Tarnovius*, caeteri, quando a sensu versionis vernaculae Lutheri recedunt in interpretando, nisi ut verum sensum fugisse Lutherum dictitent? Idem evincitur ex novis versionibus cum Latinis, tum Germanicis a Lutheri versione discrepantibus. Imo pro concione interdum viri integerrimi non verentur, si necessitas adigat, modeste auditores monere, proprie secundum textum Originalem hunc esse verborum sensum, qui multum abit ab eo, quem Lutherus expresserat; id quod indirecte est dicere, non accurate vertisse Lutherum. Dudum quoque viri cordati optarunt, exstare versionis Lutheri invariatam quidem editionem, sed ubi in notis moneatur lector, quoties versio ista a fontibus recedat; quem in finem *in dem Hessischen Hebopfer* Tom. II. p. 59. laudatur *Macarii Gregorii Vorschlag von einem Bibeldruck, darin die merk-*

lichen, doch unschädlichen Abweichungen Lutheri des Grundtextes treulich angezeigt würden. Et revera hoc quodammodo praestitit b. *Zeltnerus*, ille ipse, qui de versionibus novis vernaculis non temere vulgandis disputavit, Altdorfii 1707. et auctius 1711. 4. in sua editione bibliorum germanica adtexens varias observationes de nonnullis locis melius reddendis.

§. 4.

Diserte etiam naevos versionis Lutheri praesertim in Vet. Test. concedunt *Matthesius* Concione XIII. de vita Lutheri p. 144; *Pfeifferus* in Critica Sacra cap. XIII. Sect. II. Quaest. 1. 2. *Joannes Fridericus Mayerus* in Historia Versionis Lutheri p. 16. *Joannes Jacobus Schudtius* in Deliciis Hebraeo-Philologicis p. 207 sqq. et *Fabricius* in Centifolio Luthero Part. I. p. 174. ut alios taceam. Speciatim autem genera quaedam erratorum Lutheri persequitur *Christophorus Matthias Pfaffius* Tom. I. Historiae Litterariae Theologicae p. 152. ubi optat emendationes textus Germanici ex textu originali, sed iis saltem locis, ubi ἐξαγονιως est error, ubi Lutherus vel vulgatam, vel Graecam versionem est secutus, ubi alia puncta legit, ac in textu Hebraeo sunt (addere poterat, ubi accentuum consecutionem neglexit) ubi confundit litteras Hebraeas ר cum ד, א cum ע et vicissim, ubi nomina propria in appellativa mutavit (adde et vicissim) ubi an-

tiqua vocabula germanica apparent, quorum sensus hodie vulgo desiit sciri, ubi omissa quaedam ex textu originali fuere, vel illi addita, ubi eiusmodi habentur expressiones, quae vix quadrant, e. gr. 1 Chron. 2, 22. ubi Lutherus: *Segub aber gebar Jael*, quod primus mutavit b. *Calovius* in Bibliis Luneburgicis Anni 1683. posuitque: *zeugete*. Hactenus *Pfaffius*. Etiam *Joachimus Langius in den Anmerkungen zu des Baron Canstein's Lebensbeschreibung Speneri Halle*, 1740. 8. p. 327. non solum generatim optat emendationes versionis Lutheri, sed et speciatim carpit quaedam vocabula minus recte reddita, ut נֶפֶשׁ *Seele*, ubi pronomen reciprocum notat; נַעַר *Knabe* pro *Knechte*, *Kriegsleute*; מְאֹד *fast* pro *sehr*; הִשְׁתַּחֲווֹת *anbeten* pro *sich bücken* 1 Sam. 20, 41. 1 Reg. 2, 19. נָהָר *Wasser* pro *Fluss*; עֶבֶד *Knecht* pro *Bedienter*.

§. 5.

Accedit observatio plurimorum in repetitis editionibus versionis Lutheri, ut fieri assolet, typographorum vitio aberratum saepius esse ab ipsius Lutheri genuina interpretatione. Exstat hanc in rem *Christophori Gemnich's Verzeichniss, was in der deutschen Bibel Lutheri vor vielerley Arten Druckfehler und Auslassungen anzutreffen. Dresden* 1724. 4. et *Ernesti Friderici Heubaueri* singularis annotatio exstat *im*

Hessischen Hebopfer Tom. I. p. 865–876. *von einem allgemeinen Druckfehler in Lutheri teutscher Bibel Pred. Sal.* 3, 22. *Sage ich* pro *sah' ich* רָאִיתִי. Plures eiusmodi animadversiones dedit *Biedermannus* ibid. Tom. I. p. 959–972. *in den Gedanken über die Ursachen einiger Abweichungen in unseren teutschen Bibeln.* Nam v. g. Eccles. 2, 12. male *bereit* pro *bereits* כְּבָר; Levit. 7, 13. *ungesäuert* pro *gesäuert* חָמֵץ fermentatum; Exod. 35, 18. *Säulen* pro *Seilen* מֵיתְרֵיהֶם funes; 1 Chron. 16, (Hebraice 15) *bereitete* pro *breitete* נֵטּ; Cantic. 2, 5. *er erquicket mich* pro *erquicket mich* Imperat. סַמְּכוּנִי recreate me. Denique difficultatem quoque movent in Lutheri versione vocabula nonnulla Germanica, quae hodie vel plane non intelliguntur, vel aliter accipiuntur, ea tamen explicata sunt a variis, quos videbis apud *Fabricium* in Centifolio Lutherano Tom. I. p. 172 sqq. et Tom. II. p. 635 sqq. inter quos praecipuus facile est *Dietericus von Stade*, ex quo etiam nonnullae editiones biblicae catalogum eiusmodi vocum insolentium petierunt. Adde autem *das Hessische Hebopfer* P. XXIV. p. 352 sqq. ubi *sonderbare Worte und Ausdrückungen, die in Dieterich von Stade Erklärung der teutschen Worte in Lutheri Bibel nicht enthalten sind.*

§. 6.

Venio ad alterum argumentum utilitatis et

necessitatis conferendi versionem vernaculam cum textu Hebraico; ac primum de theologis dicam, qui sacro concionatoris muneri destinati sunt. Ii quidem a pueritia, perinde ut caeteri legere scripturam solent, et legunt quidem primum non Hebraice, sed in versione vernacula, ex qua etiam dicta quam plurima memoriae mandant. Etiamsi vero postea hebraeum textum legere et intelligere possint, si velint, tamen eum non semper cum versione sibi familiari conferunt, et deinde in munere sacro constituti pergunt interpretationem vernaculam adhibere propter vulgus imperitum, seu doceant, seu refellant, seu hortentur, seu coarguant, aut denique consolentur.

Hinc ad cautionem adhibendam locis plurimis, ubi lapsus est Lutherus, non praeparati aut adsuefacti, labuntur et ipsi. Fac etiam, dictum aliquod primarium pro concione explicandum diligenter cum Hebraica veritate conferri; tamen nimis molestum videbitur, caetera dicta biblica, quae in demonstrando et explicando loco praecipuo in subsidium vocantur, singula ad amussin hebraicae veritatis expendere. Quare nisi memoria ipsi vel potius exemplum aliquod versionis vernaculae cum Hebraeo collatae ex olim annotatis suppetat, fiet, ut bona quidem mente, sed perperam saepius et contra mentem spiritus sancti urgeat. Itaque operae pretium est et valde necessarium, ut Theologus mature aberrationes versionis vernaculae ad marginem annotet et

in promtu habeat. Cui fini inprimis accommodata est editio bibliorum sub titulo: *Evangelische teutsche Original-Bibel, da der hebräische oder griechische Grundtext und die teutsche Uebersetzung* Dr. *Martin Luthers neben einander erscheinen, nebst einer Vorrede Iohann Gutmann's der sachsensalfeltischen Superintentur Adiuncti und Pastoris zu Böseneck. Züllichau* 1741. duobus voluminibus in 4. in qua editione praecipuam operam praestitit *Iohann Christian Steinbart, Director und Pastor des Waysenhauses in Züllichau.*

§. 7.

Neque vero tantum concionatoribus ille labor in iuventute peractus profuerit, sed iis etiam, qui vel privatim in familiari colloquio, vel publice ex cathedra, aut in scriptis de fidei capitibus disputant. Nam ut nullus locus versionis ad defendendam aut refellendam sententiam robur habet, nisi quatenus sensum fontium exprimit: ita magis apte aut inepte quisque loca scripturae urgebit, quo magis ad consensum vel dissensum eorum ex collatione cum fontibus attenderit. Profecto enim patres primae ecclesiae, et deinde scholastici et pontificii plurima loca ex versionibus perverse et propemodum ridicule ad demonstrationem aut refutationem sententiae cuiusdam solent urgere, quorum inscitiam nostra aetate sequi et imitari turpe fuerit. Neque de-

sunt loca quae in versione considerata nos ipsos privatim legentes scripturam saepe possunt offendere, vel in dubia coniicere, vel falsis adeo persuasionibus implere; quae scandala in via ad veritatem coelestem removere cuiusvis et praesertim Theologi est, quod fiet, si cuiusvis loco ad cynosuram veritatis hebraicae revocato, sanus et verus reddatur sensus.

§. 8.

Adhibendam autem theologo praesertim concionanti cautionem esse, prudentia suadet, ne identidem naevos versionis Lutheri, quos praeterire silentio facile poterat, multitudini praeter necessitatem ostendet, eamque de necessitate versionis faciat dubiam. Nam si est primarius quidam locus scripturae instar thematis dati explicandus, non occurret in eo, quod recedat vehementer a sententia proponenda. Id enim si fuerit, male delectus esse eiusmodi locus ab iis, quorum hoc est officium, credi debet. Si vero placuerit, dicta quaedam inter perorandum afferre, qualia sane multa in sermone sacro occurrent, quidni omissis iis locis, quae id non probant, quod probare debebant, ea deligat, quae cum textu fontium consonant? Si vero extrema necessitas cogat, argumentum ducere ex hebraeo, minus recte expresso in versione vernacula, fiat hoc reverenter et quasi obiter, ne vulgus irritetur ad diffidentiam. Quodsi etiam explicandus sit textus recedens paulu-

lum a genuino sensu in iis verbis, quae salvo argumento suo possunt praeteriri, praestat tacere prorsus; aut si non contineant hoc argumentum, quod inde vult eruere, paucis et obiter monere poterit, in textu originali quis sit accuratus sensus. Sic enim evangelistae et apostoli etiam versionem Graecam LXX. qua potissimum utuntur, sine animadversione praetermittunt, quando id praesertim urgere nolunt, in quo aberrat interpretatio; alias novam, Hebraeo sermoni et scopo suo magis convenientem condunt.

§. 9.

Tertium momentum prooemii huius pertinet ad ideam bonae interpretationis litteralis, ut appareat, ubi interpretatio vulgaris vel emendari possit, vel etiam corrigi omnino debeat. Est autem bona interpretatio litteralis huiusmodi, quae sensum ab autore per verba primario intentum accurate exprimit tali vernaculo sermone, qui genio huius linguae sit conveniens. Sensum itaque exprimit, non verba totidem admetitur, non etymologias verborum aut emphases alienas sectatur, non verborum significationum usitatiores invito contextu ubivis arripit, non constructionem peregrinam in linguam vernaculam transfert. Sensum vero exprimit ab autore verbis primario designatum non interpretis opinionem infert, non symboli aut typi applicationem, non sectae dogmata intrudit, non allegorias, non consectaria ex

primo sensu elicienda pro autoris sententia venditat. Hunc vero sensum reddit accurate, hoc est, ut neque desit aliquid ad sensum necessarium, ubi forte textus elliptice loquitur, neque ut redundet aliquid per paraphrasin licentiorem et minus necessariam additum, neque ut alieno sensui ex versione sua capiendo praebeat occasionem. Quod ad ipsum sermonem vernaculum attinet, eo utetur, quem genius linguae ususque patitur, non obsoleta aut recens conficta vocabula adhibebit, non hebraismos in vernaculo sermone vel nihil, vel plane aliud significantes retinebit, non constructionem et ordinem verborum contra naturam sermonis vernaculi ad fontes Hebraeos accommodabit. Ex hac modo data notione bonae interpretationis vernaculae apparebit, non tantum quomodo sonare debeat auribus Germanorum interpretatio vernacula, sed etiam, quando necessitas cogat divi Lutheri receptam vulgo mutare. Nam quid iuvet honorem Lutheri velle, sensum vero spiritus sancti amittere?

§. 10.

Sequitur nunc quartum momentum de iis, qui observationibus aut versionibus novis Lutheri versionem secuti sunt tempore, vel eam emendandam sibi proposuerunt. Non dicam nunc adeo de observationibus biblicis Hallensibus, quae saepiuscule praeter necessitatem et veritatem corrigunt Lutherum, contra quas ideo calamum

strinxerunt *Theodorus Dassovius*, *Ioannes Henricus Knoblach*, *Ioannes Fridericus Mayerus* alii apud *Fabricium* in Centifolio Lutherano locis supra §. 2. citatis. Neque infinitam illam seriem caeterarum observationum sacrarum inibo, quae non tam ad versionem Lutheri, aut aliam quamcunque singularem, sed ad omnes spectant, nempe ad loca quaedam detecta sacri codicis, vel illustranda, vel rectius intelligenda, quam fieri vulgo solet. Unum tantum aut alterum nominasse sufficiat modestius et prudentius in Lutheri versione emendanda versatos. Unus est celeberrimus *Zeltnerus* in Bibliis Lutheri Germanicis cum subiunctis animadversionibus. Altorfii 1740. 4. *Ioannes Gottlieb Biedermannus in dem Hessischen Hebopfer* Tom. I. p. 959 sqq. Tom. II. p. 57–72. 222–232. 491–498. 768–775. Tom. III. p. 7–18. 67 sqq.

§. 11.

Versiones Germanicae post Lutherum a Iudaeis ortae sunt duae. Altera est *Rabbi Iose Iosel* filii Alexandri, qui *Iosephi Athiae* typographi Amstelodamensis nutu et sumtibus dialecto Iudaeorum germanica ad mentem Targumim et Rabbinorum versionem edidit. Amstelodami Anno 449. Christi 1679. in Fol. quae deinde correctius prodiit A. Chr. 1687. repetita in bibliis pentaplis Wansbecensibus litteris Germanicis utique praeferenda alteri iudaicae, mentemque Lutheri

saepe exprimens, quod ostensurum se promisit *Dassovius* in Additamentis ad consensum Judaeorum cum mente Lutheri Wittebergae 1696. 4. Vid. *Carpzovii* Criticam Sacram. p. 749 sqq. Altera est *R. Iekutiel Ben Isaac Blitz* eadem dialecto litteris rabbinicis a typographo *Uri Waisch* sumtibus christianorum *Wilhelmi Blauw* et *Laurentii Backii* edit. Amstelod. A. 459. Chr. 1679. in Fol. priori postponenda et glossis virulentis adversus Christianos interspersa, qualis longior est sub finem Cap. VII. Ies. quam latinis litteris expressam exhibet idem venerandus *Carpzovius* p. 762. 778.

§. 12.

Inter pontificiorum versiones eminet *Casparis Ulembergii* Westphali, Theologiae Licentiati et Pastoris Coloniensis, quae primum edita 1630 in Fol. iussu *Ferdinandi* Electoris Coloniae, deinde ex mandato *Iohannis Philippi von Schönborn*, Electoris Moguntini, a Westphalismis repurgata prodiit A. 1666. saepius repetita etiam in Bibliis Pentaplis Wandsbecensibus. Sequitur non tam fontes, quam vulgatam ex editione *Sixti Quinti*. Reformatorum versiones sunt *Tigurina* A. 1524–1529. et saepius, recentissimeque A. 1707. in 4. edita, facta partim ex versione Lutheri, partim ex latina *Leonis Iudae* a *Theodoro Bibliandro* et aliis recensita Tiguri 1543. et deinde cum vulgata et *Fatabli* notis ac-

curate satis ad Hebraicam conformata, sed germanicis auribus horrida. Alia et melior etiam est *Ioannis Piscatoris*, professoris Hernbornensis A. 1602 et 1603. quem ex fontibus Hebraicis suam versionem concinnasse patet, et in quo studium accurate exprimendi textum, imprimis particularum Hebraicarum laudem meretur; quamquam facile largior *Pfeiffero* Cap. XIII. §. 20. critices sacrae iudicanti, versionem *Iunii* et *Fremellii* ab eo consultam esse, et germanica auribus ingratiora accidere. Exstat pariter in Bibliis pentaplis Wandsbecensis. Adde *Henrici Horchii*, Professoris Marpurgensis *Mystische und prophetische Bibel* 1733. 4. qui Lutheri versionem in nonnullis locis mutavit, maxime autem studium suum in mystica explicatione posuit. Vid. Acta Eruditorum Germanica Tom. I. p. 762.

§. 13.

Ex nostratibus, praeter iam commemoratam *Zeltneri* editionem Lutheri Altorfii 1740. 4. quae necessarias maxime annotationes ad emendandum Lutherum continet, aliter vertere V. T. coeperat *Io. Saubertus*, Professor Altorfinus *in der teutschen Bibelübersetzung*, quae 1665. 4. maiore edita, usque ad finem 1 Sam. 17. decurrit. Opus susceptum erat hortatu ducis Brunswicensis *Augusti*, sed propter motus ideo excitatos suppressum latet in bibliotheca Guelferbitana, ac in paucis privatorum manibus est. Sub finem singu-

lorum capitum sunt notae, in quibus rationem versionis difficiliorum locorum reddit ex fontibus. Multa ex Belgica versione petita sunt et stylus Germanicus est coactus. Recentius prodiit interpretatio Germanica Pentateuchi Wertheimensis autore *Io. Laurentio Schmid* Werthemii 1735. in 4. sub titulo: *die göttlichen Schriften vor den Zeiten des Messias Iesus, der erste Theil, nach einer freyen Uebersetzung, welche mit Anmerkungen erläutert und bestätiget wird.* Autor nomina propria ex lectione masoretharum totidem litteris exprimit, quod nobis insolens est; praeterea licentius vertit, praesertim loca de Messia et Trinitate invertens, ut pro litterali versione habere non possit. Nam, ut ex annotationibus constat, non tam sequitur notiones vocabulorum in ipsis scriptoribus latentes aut parallelismo demonstrandas; sed suas animo conceptas definitiones et philosophandi rationem sequitur, autorem vero praecipuum habet *Io. Clericum*, ipse genii linguae Hebraeae et philologicorum subsidiorum non multum peritus. Controversias ea de versione natas collegit nonnemo sub titulo: *Sammlung dererjenigen Schriften, welche bei Gelegenheit des Wertheimischen Bibelwerks zum Vorsehein gekommen sind. Frankf. und Leipz.* 1738. 4. Adde *Hessisches Hebopfer* Tom. II. p. 791–799. Totius autem Vet. Test. interpretatio Germanica ab eodem autore concinnata non prodiit in vulgus, sed postmo-

dum elaborata Guelferbiti manuscripta latet in illa insigni Bibliotheca. Sunt aliae duae versiones novae totius Vet. Test. altera in Bibliis Berleburgensibus, quae ibi Anno 1726. usque ad annum 1739. septem voluminibus in Fol. prodierunt cum annotationibus et separatim sine annotationibus. Cordatorum de ea versione iudicium est, versionem litteralem continere multa egregia, sed annotationes mysticas multa impura ex Guioniae, Bourignoniae et Petersenii scriptis hausta. Vid. *Unschuldige Nachrichten* anni 1727. pag. 1164 sqq. et *Lilienthalische Bibliothek* P.I. p. 29 sqq. Altera versio est in bibliis Ebersdorffensibus Anni 1727. 4. non ipsa quidem a Lutheri versione recedens, sed tamen ideo commemoranda, quia sub finem addi solet *Ioh. Andreas Rothens Verzeichniss einer neuen Uebersetzung der meisten Oerter heiliger Schrift, welche in der Grundsprache mehr Nachdruck haben*, ubi *Sauberti*, *Frankii*, *Michaelis*, *Trilleri* et aliorum observationes congestas et auctas videmus. Denique recentissime Germanica editio Bibliorum cum uberrimis observationibus praestantissimorum Anglorum ex Gallico idiomate, quo primum edi coepit Hagae 1742. deinde etiam a Tomo III. ex Belgica versione huius collectionis edi coepit Lipsiae 1749. 4. curante et annotationes alias adiiciente insigni Theologo Lipsiensi Dr. *Romano Teller* Lips. 1749. 4. vertente ex Gallico Magistro *Io. Daniele Heyde* Sub-Con-

Rectore Gymnasii Gerensis. Post *Telleri* obitum opus eodem modo continuavit *Io. Augustinus Dietelmayer*, Professor Altdorfinus inde a Tomo III. praefante Dr. *Sigmundo Iacobo Baumgarten* et vertente ex Belgicis Magistro *Friederico Davide Müllero* Tomo XII. Lips. 1757. suscipiente *Iacobo Bruckero* Pastore Augustano.

§. 14.

Sunt alii ex nostratibus praesertim qui libros V. Test. difficiliores nova versione Germanica illustrare conati sunt. Quo spectant *Rhenati Corthum* Iob Lipsiae 1708. 4. Eiusd. *Sprüchwörter* sub titulo: *die Salomonische Moral* Francof. et Lips. 1731. 4. Eiusd. *die Psalmen und Lieder Davids* Francof. ad M. 1716. 4. Eiusd. *Iesaias* 1709. 4. *Chr. Wollii Prediger Salomo* Lips. 1732. 4. *Christoph Sebachs Prediger Salomo* Halae 1705. 4. Eiusd. *Buch der Weisheit* 1705. 8. Eiusd. *Hohelied Salomonis* 1710. 8. *Ioh. Adolph Hoffmann Hiob*, cui ego addixi meam interpretationem paraphrasticam Hamburgi 1734. 4. *Ioh. Wilh. Zierold's Prediger Salomo* Lips. 1715. 4. Eiusd. *Prophet Ioel* Francof. et Lips. 1720. 4. Eiusd. Obadias Francof. et Lips. 1719. 4. *Christian Richters genaue Uebersetzung der Psalmen mit Vorr. Sigm. Iac. Baumgarten's* Halae 1736. 8. *Christ. Friedr. Bauers erläuterter Grundtext vom Prediger Salomo Leipz.* 1732.

4. *Peter Hanssen's Betrachtungen über das Hohelied Salomo, Hamb.* 1756. 4. quae tamen versio ob ignorantiam linguarum orientalium, Grammatices et omnium Philologiae subsidiorum misere traducitur *in den Göttingischen Anzeigen* anni 1757. pag. 1389. Alia est interpretatio Germanica Cantici ab anonymo profecta sub titulo: *Das Lied der Lieder od. das Hohelied Salomonis nach dem Grundtexte übersetzt und dergestalt erkläret, dass in einer dreyfachen Paraphrasi deutlich und überzeugend zu sehen ist, wie in diesem allerherrlichsten Liede nicht nur die Kirchengeschichte des A. u. N. Test., sondern auch der wahre und geheime Weg zur innigsten Vereinigung der Seele mit Gott enthalten sey. Halle u. Leipz.* 1756. 8. contra quam interpretationem habemus: Dr. *Ioh. Sal. Semlers kurze Vorstellung wider die neue dreifache Paraphrasin über das Hohelied. Halle* 1757. 8. *Brandani Henrici Gebhardi*, Theologi Gryphiswaldensis exstat paraphrasis Germanica in prophetas minores cum annotationibus, et praefatione Dr. *Krackewitzii*, Greifswald ab Ao. 1723–1728. 4. ubi autor in notis potissimum disputat contra Iudaicas et Chiliasticas interpretationes. Est et prophetae Iesaiae litteralis interpretatio Germanica cum animadversionibus *Caroli Rudolphi Reichel*, qui nomen suum Tomo demum tertio praefixit usque ad Cap. XLIX. pertingente. *Leipz. u. Görliz* 1752. et sqq. sub titulo: *Der Prophet*

Iesaias nach dem Wortverstande der hebräischen Sprache betrachtet und mit philologischen und theologischen Anmerkungen erläutert. Adde *Wachteri Hohelied Salomon's. Memmingen* 1722. 4. Eiusd. *Prediger Salomon's* 1723. 4. Alios vetustiores vide apud *Fabricium* in Centifolio Lutherano Part. II. pag. 648 sqq. et apud meritissimum nostrum *Io. Georgium Palmium* in designatione Codicum Sacrorum Germanicorum, quam praemisit libro historico de Codd. V. et N. Test. quibus Lutherus in conficienda interpretatione Germanica usus est. Hamburgi 1735. 8.

Hactenus prooemium. De animadversionibus criticis, quibus *Reimurus* ad emendandam versionem vernaculam Vet. Test. a. b. Luthero concinnatam usus est, ut lectores ipsi rite iudicare possint, pauciora haec exempla ordinem librorum secutus speciminis loco apponam.

AD LIBRUM GENESEOS.

Cap. I. vs. 2.

Und der Geist Gottes schwebet auf dem Wasser: וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת. Lutherus in prima editione et in commentario: *Der Wind Gottes, ein starker Wind;* scil. ex Hebraismo, de quo *Danzii* Interpres §. 14. Nr. 6. et Glassii philol. sacra pag. 62. 69. Potest utraque versio defendi. Nam si vel maxime spiritum Dei red-

das, tamen is intelligi poterit id effecisse mediante aliqua re, ut vento, ut concipiatur ventus a Deo missus, incubans aquis profundis, et vaporibus globum terraqueum circumdantibus, quibus lux coelestis intercipiebatur, purgans. Nam vento incubante, his aquis et dissipatis vaporibus facta est lux vs. 3. et vapores coactae in nubes, velut aquae supra coelum aereum eodem vento seiunctae sunt ab aquis cum terra permixtis vs. 6—8. Sic spiritus Iehovae רוּחַ יְהוָֹה Ies. 40, 7. dicitur exsiccare gramen. Sic Deus ventum dicitur transire fecisse super terram ad absumendas aquas diluvii תְּהוֹם Genes. 8, 1. 2. Sic Deus abegit aquas maris rubri vento vehementi orientali Exod. 14, 21. Sic ventus profectus est a Iehova, ut auferret coturnices. Verbum מְרַחֶפֶת motum continuatum et frequens significat Ierem. 23, 9. Deuter. 32, 11. quod incubatione venti continui in aquas Latini exprimunt, ut apud *Virgilium* Aeneid. I. 86 sqq.

— — venti velut agmine facto
Incubuere mari.

et Aeneid. XII, 365 sqq.

Ac velut Edoni Boreae cum spiritus alto
Insonat Aegaeo sequiturque ad littora fluctus,
Qua venti incubuere fugam dant nubila coelo.

Etiam *Iosephus* Antiq. Lib. I. Cap. 1. §. 1. sic exprimit *Πνευματος δ' αυτην (γην) ανωθεν επιθεοντος*, ubi vide notam *Haverkampii*.

Vs. 6. coll. 8.

Es werde eine Feste — Gott nennet die Feste Himmel. רָקִיעַ LXX. *στερεωμα.* Vulgatus firmamentum, quos secutus est Lutherus. Ne autem coelum solidum et firmum vel crystallinum pro veteri errore quis sibi concipiat, quem errorem etiam *Iosephus* diserte prodit, praestabit reddere *eine Ausdehnung*, quia רָקַע est dilatare, expandere, ut metalla solent malleo. Liberius diceres spatium, quo pertinent *χασμα* Luc. 16, 26. *ανατασις αερος* apud *Sextum Empiricum* pag. 594. §. 197. atque inde *Deus* dicitur extendere coelum Ies. 40, 22.; 42, 5. Ps. 104, 2. quod hoc loco intelligitur aëreum sicut Prov. 8, 27. 28. Nubes vero hic dicuntur aquae, pariter, ut Ps. 104, 3. Ierem. 10, 13. ut proinde aquae supra coelum sint nubes supra aërem s. coelum aëreum.

Cap. VI. vs. 5.

Und sein Geberde verstellet sich: et cecidit vultus eius. Huius phraseos verus sensus optime intelligitur ex contraria *vultum tollere* Iobi 11, 15.; 29, 24. Num. 6, 25. 26. Ps. 4, 7. Nam sicut vultus elevatus est indicium laeti et confidentis aut propitii animi, sic vultus demissus versus terram deiectus signum est pudoris, tristitiae, invidiae etc. Ergo ad sensum reddideris: *er liess den Kopf hängen, er schlug die Augen nieder.* Certe id longe probabilius

est, quam aliorum Piscatoris, Sauberti, Berleburgensis, Belgae: *sein Angesicht verfiel*, aut *Ulembergii fiel ein*, aut Rabbi *Iose Iosel: war verblichen.*

Cap. XVIII. vs. 10.

Ich will wieder kommen, so ich lebe: כָּעֵת חַיָּה dictum unius trium hospitum Abrahami, qui si vel tantum accipiantur pro angelis, multo magis, si unus certe pro filio Dei apparente vix sine offensione inducitur dicens: si vixero. Melius Lutherus in prima editione: *Ueber ein Jahr nach der Zeit, die Frucht leben kann, will ich wieder zu dir kommen.* Recte quidem ad sensum, quamquam, unde denominatio petita sit non est adeo positum in medio. Sunt, qui cum Pfeiffero exponunt: circa tempus vitae h. e. anno vertente s. altero κατα τον καιρον τουτον Rom. 9, 9. לַמּוֹעֵד coll. Genes. 21, 2. 2 Reg. 4, 16. 17. Alii, praesertim Iudaei et cum iis *Edzardus* ad Berachot Cap. I. p. 23. aliique apud *Maium* in observationibus sacris P. I. p. 22 sqq. interpretantur de tempore parturientis inde a conceptione usque ad partum ipsum; quod tempus anni nomine venit, quamquam non completi, etiam apud profanos scriptores v. g. Homerum: περιπλομενου δ' ενιαυτου τεξεις Αγλαα τεκνα et in Hymno in Apollinem vs. 350. περιτελλομενον ετεος η δ' ετεκε. Atqui eam explicationem approbat grammatica, quia כָּעֵת non potest in statu constructo accipi

propter ה emphaticum extrusum, quod nominibus constructis praefigi non solet. Caeterum sensus eodem redit, quia tempus vitale inter homines annuum reputatur. Unde honestius germanice diceretur *über's Jahr.*

Cap. XIX. vs. 26.

Und sein Weib sah hinter sich und ward zur Salzsäule: וַתַּבֵּט אִשְׁתּוֹ מֵאַחֲרָיו Sensum versionis Lutheri exprimunt ad litteram omnes quoque caeterae praeter *Saubertum*, *Piscatorem* et Belgas. Scilicet si vulgatior esset sensus, dicendum erat genere foeminino מֵאַחֲרֶיהָ, non masculino מֵאַחֲרָיו, quod manifesto respicit virum Lothum. Quid autem est respicere post alium, sive, ut Hebraismus indicat (cf. Interpres §. 164. No. 3. et 132. Membr. 2.) a tergo eius? Meminisse oportet Lothum ipsum cavere iussum esse, ne respiceret, aut ne subsisteret in planitie? Ergo hic est verbum praegnans de uxore etiam quasi diceretur וַתַּבֵּט וַתַּעֲמוֹד et respiciens substitit a tergo Lothi. Scilicet mulier anxia curiositate respiciens, num conflagratura esset urbs cum circumiacente planitie vel etiam ex sollicitudine rerum suarum reverti ausa haesit in subdola planitie bitumine referta Genes. 14, 10. et iam divino fulmine incensa. Eum sensum manifesto Christus indicat Luc. 17, 31 sqq. ubi vetat Christus, eos, qui in fuga deprehenderentur ruri, retro se convertere, et memores esse iubet uxoris

Lothi, quae scilicet non tantum substitit, sed et reversa est Sodomam. Et sic *Iosephus* Antiquit. lib. I. Cap. XI. §. 4. p. 55. *Haverkampii: παρα την αναχωρεσιν εις την πολιν αναστρεφομενη και πολυ πραγμονουσα τα περι αυτην.* Iam quid accidisse illi seu subsistenti, seu revertenti a tergo mariti festinantis dicunt verba וַתְּהִי נְצִיב מֶלַח. Vocabulum נְצִיב, quod vulgo vertunt statuam, nusquam hoc sensu usurpatur, sed semper hominem certo in loco stantem, adeoque stationarios milites 1. Sam. 13, 3. 4 etc. significat; ergo erecta et stans mansisse mulier intelligitur, scilicet subsidens paulatim in solo bituminoso ardente. Quod autem additur מֶלַח id puto respicere comparationem cum Mumiis Aegyptiacis, quae more ταριχευσεως muria ex sale, bitumine, myrrha ad conservationem perpetuam condiebantur et in sepulchris erectae statuebantur. Nempe vocabulum מֶלַח simul de sale et bitumine accipitur, ut constat vel ex appellatione יָם הַמֶּלַח maris salis, quod non tantum sale, sed etiam bitumine abundabat ipsi solo urbium excisarum, postquam penitus subsidisset, superfusum. Facta igitur est instar statutae ibi Mumiae. Sensus sic exprimendus erat: *indem aber sein Weib sich (lange) umsah und hinter ihm blieb, ward sie geich einer hingestellten Mumie.*

AD LIBRUM IUDICUM.

Cap. III. vs. 24.

Er ist vielleicht zu Stuhle gegangen in der Kammer an der Sommerlaube. Hebraic. *forte texit pedes suos in conclavi refrigerii.* Hanc phrasin vulgo existimant esse ευφημισμον de alvi exoneratione, sed absurde. Significat potius ad dormiendum se componere. Nam pedibus nudis incedentes inter dormiendum ab iniuriis aeris muniebant pedes stragulis pedalibus Ruth 3, 15 sqq. vel vestibus. Accedebat altera ratio, quoniam braccas vulgo omnes gestabant ne inter dormiendum pudenda retegerentur. Hic significatus est convenientissimus cum huic loco, ubi latrina eiusmodi refrigerio minus convenit, tum alteri loco 1 Sam. 24, 4. ubi David Sauli vigilanti oram vestis abscindere haud facile poterat. Ita hunc locum iam ex Veteribus exposuit *Iosephus* Antiquitt. L. V. c. 8. εις ὑπνον τετραφθαι. Ita et Syrus, Arabs, Chrysostomus. Vide Theoph. Alethaeum T. 5. pag. 220 sqq. et Theod. Hasaeum de phrasi Hebraeorum tegere pedes in Bibliotheca Bremensi T. 4. pag. 757. *Er ist vielleicht schlafen gegangen in der Sommerlaube.*

Cap. XI. vs. 31.

Was zu meiner Hausthüre hinaus mir entgegen gehet — das soll des

Herrn seyn und will's zum Brandopfer opfern. Notissimae sunt controversiones de Iephthaei voto, plurimis id agentibus, ut facinus emolliant levi interpretatione particulae ו *ich will's zum Brandopfer machen;* quasi decrevisset hominem primo occurrentem Deo tantum consecrare modo convenienti, animal autem occurrens mactare ad holocaustum. Sed Luthero secus videtur in glossa ad vs. 39, cuius sententiae rationes omnino validissimae sunt. Nam 1) obviam ire alicui non dicitur nisi de hominibus; vid. v. 34. 2) Ire obviam ex fontibus aedium multo minus convenit brutis animantibus, quae sane cum Iephta iisdem aedibus non hospitabantur. 3) Quod vero aut quale pecus obviam spatiaretur Iephtae? nam pecora et armenta per aestatem nunc non domi erant, sed in agro cum pastoribus diu noctuque. Quodsi quid praeterea domi remansisset, aut stabulis inclusum erat, nec liberum per fores aedium habebat exitum aut ad sacrificia erat ineptum, ut canes. 4) Phrasis: id erit domini sacrificium notat Levit. 16, 8. 9. vel certe generaum consecrationem, adeoque sequens ו non est disiunctivum, sed explicativum. Si Iephta tam distincte cogitasset fieri posse, aut homo aut brutum sibi ut occurrere possit, et diversa ratione de utroque statuisset, distinctius suum votum concepisset: Si homo est, Domino sit consecratus ad ministerium tabernaculi, sin pecus, sacrificium esto. 5) Certe si ea mens Iephthae fuisset,

non erat, cur ad conspectum filiae consternaretur. Nec enim votum disiunctivum ad filiam spectasset. 6) Exile nempe nimis votum fuisset pro tanta victoria sacrificium unius pecudis. 7) Humana sacrificia pro superstitione gentilium, a qua nondum liberatus erat Iephta peregrinae uxoris filius vs. 2. maximi fiebant. Unde mancipium forte putavit sibi obviam venturum, de filia pro castitate sexus domi se continere consueta ne cogitavit quidem. 8) Simile votum est Idumenae ex victoria Traiana redeuntis, sacrificaturum se Diis dare,, quod primum occurrisset. Sed occurrit filius, quem sacrificavit. 9) Denique vs. 39. dicitur Iephta fecisse filiae, quod voverat. Hinc, si quid corrigendum in Lutheri versione malim distinctius: „*Wer zu meiner Hausthür heraus mir entgegen gehet, der soll dem Herrn gewidmet seyn, und ich will ihn als ein Brandopfer opfern.* Sic acceperunt et veteres, speciatim Iosephus.

AD LIBRUM II. SAMUELIS.

CAP. XII. VS. 31.

Aber das Volk drinnen führet sie heraus und leget sie unter eiserne Sägen und Zacken und eiserne Keule, und verbrannte sie in Ziegelöfen. Cel. *Danzius* in disputat. cui titulus: Davidis in Ammonitas mitigata crudelitas. Jen. 1710. 4. mollius exponit: et populum, qui in ea erat, exire

coegit, et posuit ad serram 1 Sam. 5, 11. et in ferrifodinis ex significatu Talmudico atque ad scalpra ferrea, postquam transire fecisset eos una cum rege suo במלכן ex Ketibh. scil. ad novas sedes in exilium, non במלבן pro fornaces latericias, quoniam in regione neque Ammonitica, neque Israelitica rupibus et lapicidinis abundante usus erat laterum. Locum parallelum 1 Chron. 20, 3. sic interpretatur: et recedere fecit (וַיָּשַׂר pro ויסר ut Hos. 9, 12.) ad serram et ferrifodinas etc. Probabilitatem interpretationi conciliat, quod David ad templi aedificationem omnia praeparaturus 1 Chron. 22, 2 sqq. ex peregrinis constituerit lapicidas ad caedendos lapides, ad parandum ferrum et ligna secanda. Vid. vs. 15. Obstant tamen huic ingeniosae interpretationi multa. 1) Quod nemo veterum haec loca aliter, quam de supplicii durioris genere acceperit. 2) Quod id supplicium apud Orientales neutiquam ignotum fuerit. Vid. *Grotium* ad h. l. et Hebr. 11, 37. Amos 1, 3. Iud. 8, 7. 16. Suetonium in Caligula cap. XXVII. 3) Quod de alia interpretatione nunquam forte cogitatum esset, nisi placuisset Davidem excusare. 4) Si condemnationem ad operas civiles exprimere auctor voluisset, aliter fuisset locutus, ut 1 Chron. 22, 15. 5) Significatio ferrifodinarum Talmudica aliena est, cum in eodem supplicii genere phrasis adhibeatur Ies. 28, 4. Amos 1, 3. 6) וְהֶעֱבִיר sensu transLocandi, ut Gen. 47, 21. postularet locum

s. terminum ad quem. 7) בְּמַלְכָּן una cum rege eorum haberet suffixum femininum, quod effeminatos mores Ammonitarum gratis dicitur, cum Ammonitae fuerint viri fortes, ut ex historia constat. Ergo enallage praeter necessitatem statui non debet. 8) Lateritias domos fuisse apud Israelitas finitimos patet ex Levitic. 14, 41. 45. Ies. 9, 9.; 65, 3. Habac. 2, 11. et sicut traducere per ignem est comburere, ita traducere per fornacem ignitam idem significat. 9) In loco parallelo Chronicorum pariter praeter necessitatem שׂ cum ס permutatum ponitur. Taceo quod sensu Danziano verbum construendum esset cum אל, ibi autem construitur cum ב instrumento. His rationibus motus puto nihil mutandum esse in versione Lutheri, nisi quod pro *Zacken* dicendum erat *eiserne Dreschwalzen* et pro *eiserne Keule* „*eiserne Beile.*“

APPENDIX.

Ut telam a cel. *Reimaro* exorsam pertexam, indicem versionum Vet. Test. tam a Iudaeis, quam a Christianis post Lutherum concinnatarum, sive ad omnes libros, sive ad potiores tantum pertineant, ordine chronologico ad novissima tempora duobus supplementis producere visum, quantum per brevitatem, cui studiosissimum esse oportet, attingere licebit. Hinc, quae addere habeo, ne ni–

miam in molem excrescant, de pretio singulis versionibus, quas Iudaeis auctoribus debemus, statuendo, alio loco et tempore uberius exponam.

Supplementum primum.

Ad §. 11.

Inter versiones dialecto (quam rectius *idioma* dixeris) iudaeo-germanica conscriptas primum locum obtinet, ut recte monuit *Reimarus*, ea, quae Amstelodami A. Chr. 1687. prodiit et *Iosel Witzenhausen* auctorem profitetur, de qua consulendus *Sigism. Iac. Baumgarten* in *den Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek B.* 5. *S.* 95 ff.

De priore editione, quae a. 1679. lucem adspexisse dicitur, loquitur quidem *Christian. Kortholt* in libro, qui inscribitur: de variis scripturae editionibus Kiloniae 1686. 4. p. 342. et *R. Schabthai* auctor Bibliothecae Rabbinicae i. e. ספר שפתי ישנים Amstelod. 1680. 4. p. 85. Col. 2. No. 49. sed nondum contigit mihi esse tam felici, ut eam manibus contrectare aut oculis usurpare potuerim. Dubia quoque movent verba *Josephi Athiae* in dedicatione latina ad *Frider. Guilielmum* Elector. Brandenb. finita A. condit. orbis 5447. s. post C. N. 1687, quae, quominus aliam editionem jam aliquot ante annis vulgatam fuisse sumamus prohibere videntur. Legas quaeso: „Si quid gratiae *novitas* habet, non carebit lenocinio suo haec sacrarum Litterarum Edi-

tio: Et admirabitur forte mundus, quod *nunquam* vidit Biblia Germanica Hebraeo charactere descripta. Hic namque labor Christocolis aeque ac Iudaeis inprimis necessarius *a nemine unquam ante me cognitus*, nunc sub Auspiciis Augustissimi Nominis Tui, clarissime Princeps in lucem prodit."

A glossis virulentis, quas *Iekutiel Blitz* *) versioni suae saepius interspersit, se abstinuisse quidem dicendus est *Iosel Witzenhausen*, sed *tectis telis* religionem Christianam petiisse omnino accusandus videtur.

Eodem exeunte seculo prodiit sub tit. ספר המגיד nova versio iudaeo germanica totius V. Test. Amstelod. 1699. typis *Caspari Steen* quinque volumina in forma minori (i. e. forma 16.) complectens adiuncta interpretatione *Raschii* et iudaeo-germanica *R. Iacobi Ben Iitzchack*, cui et librum, qui inscribitur צאנה וראינה i. e. Commentarium eodem idiomate conscriptum in Pentateuchum debemus.

Progredior nunc ad eas versiones iudaeo-germanicas a Reimaro omissas, quae plures vel singulos tantum libros Vet. Test. attingunt.

---

*) Cf. *Jac. Schudtii Jüdische Merkwürdigkeiten* P. I. Francof. et Lips. 1715. 4. p. 285.
Versionem Blitzianam iam anno 1672 absolutam fuisse, tam ex privilegiis, quibus hoc opus praemunitum videmus, quam ex apologia Correctoris *R. Isaac Meier* haud temere coniicere licet.

1. חמשה חומשי תורה Amstelod. 1702. in 4. typis *Caspari Steen.*

Cum textu Hebraico coniunxit auctor ignotus versionem quinque librorum, qui vulgo *Megilloth* vocantur genium iudaicum redolentum, cui interpretationes paraphrasticae ad instar *Targumim* interspersae.

2. עשרים וארבע. Pragae 1765. 4. Versio hic exhibita libr. Iosuam, Iudic. Samuelis et Regum complectitur.

3. *Die fünf Bücher des Gesetzes, nebst den fünf Megilloth oder dem hohen Liede, Ruth, Klageliedern, Prediger Salomonis, Esther und den Haphtaroth oder prophetischen Lectionen, welche mit vielem Fleiss und Deutlichkeit aus dem Hebräischen ins Deutsche übersetzt und hier in der berümten Stadt Costnitz im Iahr nach der Schöpfung der Welt 304. (im I. Chr. 1544.) gedruckt worden sind. 3 Alphabete, 6 Bogen in 4.*

Haec versio iudaeo-germanica omnium, quae unquam prodiere antiquissima verba textus hebraici presse sequitur interprete *Michaele Adamo* Iudaeo converso, ut coaetanei scriptores *Conradus Gesner* Pandectarum lib. I. pag. 92. et *Sixtus Senensis* in Biblioth. sancta p. 279. col. I. ed. Colon. 1586. F. ita, ut dubitare non possis, unanimi consensu docuerunt *). Falsus igitur est

*) Cf. *Gelehrte Beyträge zu den Mecklenburg. Schwe-*

R. Sabthai, qui in Bibliotheca sua Rabbinica שפתי ישנים p. 86. nr. 61. hoc opus *Eliae Levitae* temere tribuit. Cf. *Wolfii* Bibliothecam Hebr. Vol. IV. p. 191.

Cum hac editione non confundenda est ea, quae eadem epigraphe ornata Cremonae prodiit a 1560. in Fol. auctore *Iuda Lebh Brzesc*, qui optima quaeque ex *Michaele Adamo*, a quo rarissime discedit, hausit.

Huius versionis ed. altera Basileae typis *Thomae Guarini* a. 1580. prodiit, quae si ab emendatione errorum, qui culpa typothetae et lapsu scriptoris in primam editionem irrepsere, recesseris, nihil habet, in quo cum laude commorari possis.

4. תהלים i. e. Psalterium hebraicum et iudaeo teutonicum. Amstelod. 1724. in 16.

5. etc. משלי שלמה בן דוד i. e. Proverbia Salomonis hebr. et iud. germ. Amstelod. 1735. in 16.

6. ספר תהלים i. e. Psalterium hebraicum cum versione interlineari Iudaeo-Germanica et excerptis e Kimchii Comment. Furthae 1760. 4.

7. Proverbia Salomonis hebr. et iud. teuton. cum Commentar. Rabbin. *Is. Euchel.* Berolini 1790. 8.

---

rinschen Nachrichten St. 43. 1774, ubi *O. G. Tychsenius* accurate de hac versione exposuit multaque memoratu dignissima attulit.

Inter Concordantias hebraeo-teutonicas a Iudaeis concinnatas eam commemorasse sufficiat, quae a. 1584. sub tit. מרכבת המשנה Cracoviae prodiit in forma 4.

Auctor fuit Isaac fil. Menachem et typothetae tres fratres Samuel, Ascher, Eliakim filii Chaiim Helitz, ut in fine voluminis videre est.

Verba hebraica ea forma, qua in scriptura sacra leguntur, exhibentur, appositis locis, ubi occurrunt, et versione Germanica. In singulis paginis tres sunt columnae: non autem nisi unus scripturae locus citari solet.

Non ingratum fore puto lectoribus, si eorum librorum Vet. Test. quos *Io. Henr. Callenberg* typis instituti Iudaici, quod olim Halae floruit, in Germanicum Iudaeorum idioma transferri curavit, brevi in conspectu ponam descriptionem.

Publici iuris factae sunt inde ab a. 1737-1750. versiones Pentateuchi, librorum historicorum, Iosuae, Iudicum, Samuelis, Regum, Chronicorum, prophetarum Ierem., Ezech., Hagg., Zachar., Malach. et Hagiographorum Pss., Proverb., Iobi, Koheleth, Nehem., Esther, et quidem in form. 16.

Iudaei nostrates in vertendis libris Vet. Test. non solum dialecto iudaeo-germanica plus minusve impura usi sunt, sed linguam quoque adhibuerunt ipsam vernaculam. Quas versiones cum

silentio praeterierit *Reimarus*, earum catalogum hoc loco contexere non incommodum visum.

Primus nominandus est 1. cel. *Moses Mendelides* (Mendelssohn) qui, postquam a. 1778. Amstelodami specimen sesquiplagulam complectens vertendorum quinque librorum Mosis typis Propsianis edi iusserat, ipsum opus aggressus est, quod quinque voluminibus absolvit Berolini a. 1783. in 8. Quatuor in columnas dispescitur, quarum prima textum hebraicum, secunda versionem teutonicam literis hebraicis (תרגום אשכנזי), sistit, tertia et quarta tam תקון סופרים quam באור utrumque literis rabbinicis exhibent.

Item vir doctus edidit: *Die Psalmen. Uebersetzt von Moses Mendelssohn. Berlin* 1783. 8.

De qua versione consulenda *I. D. Michaelis* bibliotheca orientalis et exeget. Tom. XXII. p. 46 sqq.

2. Megillat Echa (i. e. Threnorum) cum versione et explicatione teutonica. Edid. *Abrah. Wolfssohn.* Berolini 1788. 8.

Prima columna complectitur textum hebraicum, secunda versionem literis hebraicis expressam, tertia eaque ultima interpretationem rabbinicam.

3. ספר מנחת טהורה. Dessaviae 1805. 8.

Sub hoc titulo prophetas Hoseam, Micham, Amosum, Chabakukum, Nahumum, Haggaiam cum versione teutonica et interpretatione rabbi-

nica ediderunt *Mosche* fil.; *Uri Pheibes Arnswald, Wolf, Neumann* aliique.

4. *Nahum neu übersetzt und mit Anmerkungen versehen von W. Neumann, Breslau* 1808. 8.

5. *Chabakuk. Aus dem Ebräischen übers. von Gottl. Euchel. Copenhagen* 1815. 8.

6. *Die Mosaischen Schriften übers. nach Mos. Mendelssohn und mit erläuternden Anmerkungen. Für Leser von allen Confessionen. Erstes Buch. Prag* 1815. gr. 8.

Hic liber nonnisi viginti quatuor priora capita Geneseos complectitur.

7. *Die heil. Schrift Tora, (Thorah) Newiim, Kesubim in einer deutschen Uebers. aus dem Grundtext. Herausgeg. von I. Heinemann. Erst. Th. Die fünf Bücher Moses. Berlin* 1815. 8.

Haec versio, quae *Mendelidem* ducem saepissime sequitur, non progreditur ultra caput secundum Exodi.

8. *Die heil. Schrift nach dem masoreth. Text übers. von Moses Mendelssohn, Dav. Friedländer, I. Euchel, Abrah. Wolfssohn. Für Bibelfreunde aller Confessionen und zunächst für Israeliten bestimmt. Herausgeg. von* Dr. *Fränkel und M. H. Bock.* Berlin 1816. 8.

Hoc volumen nonnisi Pentateuchum interprete *Mose Mendelide* continet.

9. *Die fünf Bücher Mose mit einer wörtlichen Uebersetzung in hebr. Schrift, von Ioel Löwe.* 5 *Bdchen. Berlin* 1820.

10. *Der Prophet Habakuk. Mit einer wörtlichen und einer freien, metrischen Uebersetzung von* Dr. *Abrah. Alex. Wolff. Darmstadt* 1822. 8.

Versionibus singulis, quae auctoribus Iudaeis nostratibus hisce novissimis temporibus vulgatae sunt, recensendis non opus est ut longius immorer, cum optimae quaeque adiunctis aliis antea nondum impressis congeste reperiantur in recentissima Biblior. Hebr. editione, quae interpretibus Iudaeis XIX. Voll. in 8. a. 1817. 1818. sub tit. כתבי קודש Viennae prodiit.

Versiones Iosuae, Iudicum et Samuelis lib. I. cura *Meyeri Obernik* additis emendationibus aut. *Samuele Detmold;* Samuelis II. cur. S. Detmold; Regum libr. I. cur. *Abrah. Wolfssohn;* Regum II. cur. *M. Obernik* addit. emendatt. auct. *S. Detmold;* Danielis, Esrae et Nehemiae cur. *S. Detmold;* Chronic. Lib. I. et II. cur. *Detmold;* Iesaiae cur. *M. Obernik;* additis emendationibus auct. *H. Homburg;* Ieremiae et Ezechielis cur. *Sam. Detmold;* Hoseae et Ioelis cur. *Mosis Philippsohn;* Michae, Obadiae, Habacuci et Zephaniae cur. *I. Wolf;* Amosi, Nahumi et Maleachiae cur. *M. Neumann;* Ionae cur. *Ioel Loewe;* Hagg. et Zach. cur. *G. Salomon;* Pss. cur. *M. Mendelssohn;* Provv. cur. *Is. Euchel;* Iobi cur.

Abr. Wolfssohn; Cantic. Cantic. cur. *M. Mendelssohn;* Ruth, Esth. et Thren. cur. *Abr. Wolfssohn;* Koheleth cur. *Dav. Friedländer* una cum versione Pentateuchi a *Mos. Mendelssohn* concinnata corpus librorum Vet. Test. in linguam vernaculam a Iudaeis translatorum delectu habito constituunt.

Sulamith ed. *Dav. Fraenkel* A. I. Vol. II. p. 242. 249. versionem cap. Ies. 5, 53. auctore anonymo exhibet, et

Jedidja ed. *Joh. Heineman* Vol. I. p. 109–112, versionem cap. Ies. 14, 3–27. auct. *Fraenkel* et Vol. II. p. 107. versionem duorum priorum Habacuci auct. *Abrahamssohn* philohebracis praebet.

Supplementum secundum.

Ad §. 13.

Versionibus totius V. Test. a *Reimaro* commemoratis hasce potiores subiungendas censeo.

a. *Die Bibel A. u. N. Test. mit vollständig erklärenden Anmerkungen von W. F. Hezel. Th.* 1—7. *Zweit. Ausg. Lemgo* 1786–1793.

b. *Ioh. Dav. Michaelis Uebers. des A. Test. Zwei Bände. Göttingen* 1789. 4.

c. *Biblia, d. h. die ganze heil. Schrift A. u. N. Test. mit berichtigenden Parallelstellen u. erklärenden Wortregistern. Von G. W. Lorsbach u. Ioh. Melch. Hartmann. Mit einer*

Vorrede von ***Münscher.*** *Marburg b. Krieger* 1818. gr. 8.

d. *Die Schriften des A. Test. übers. von I. Chr. W.* ***Augusti*** *und W. Mt.* ***Leber. de Wette.*** *Fünf Bände. Heidelberg bei Mohr u. Zimmer.* 1909–1811. gr. 8.

e. *Bibel, od. die ganze heil. Schrift A. u. N. Test. Luther's Uebers. nach dem Grundtext berichtigt. Frankf. a. Mayn.* 3 *Bände* 2*te Ausg.* 1823 *u.* 1824. *(Von* ***Friedr. von Meyer****).*

Ad §. 14.

Inter nostrates, qui libros Vet. Test. difficiliores nova versione Germanica illustrare conati sunt, *Iusti* et *Eichhorn* in vertendis scriptis poeticis felicissimam operam posuerunt.

1. ***Ioel.*** *Neu übersetzt und erläutert von K. W.* ***Iusti.*** *Leipz.* 1792. 8.

2. ***Amos*** *u. s. w. Leipz.* 1799.

3. *Micha u. s. w. Leipz.* 1799.

3. *Blumen althebräischer Dichtkunst. Giessen* 1809.

5. *Nationalgesänge der Hebräer* 1*ster Bd. Marb.* 1803.

6. *Nationalgesänge der Hebräer* 2*ter Bd. Marb.* 1816.

7. *Nationalgesänge der Hebräer* 3*ter Bd. Marb.* 1818.

8. ***Nahum.*** *Neu übersetzt und erläutert. Leipz.* 1820.

9. *Habakuk. Neu übersetzt u. erläutert. Leipz.* 1821.

a. *Die Hebräischen Propheten. Von I. G. Eichhorn.* 1–3*ter Band. Göttingen* 1816–1819. 8.

b. *Eichhorn's Uebersetzung des Hiob. Neu verbesserte Original-Ausgabe. Göttingen* 1824. 8.

VITA MOSIS.

SCRIPSIT

GUSTAVUS ADOLPHUS SCHUMANN

PHIL. D. ET AA. LL. M. IN ACAD. LIPS. PRIV. DOC.
AD AED. D. PAULI CONC. VESP. SCHOL. THOM. COLL.
SOC. HISTORICO-THEOL. LIPS. SOD. HONOR.

PROOEMIUM.

Moses, Aegyptiaco-Israelita, quantus vir fuerit, satis constat inter omnes. Nam ei contigit, ut non unius, sed innumerabilium civium vindex ac patronus non externam modo eorum salutem, sed ipsam ingenii libertatem, ipsam animi pietatem morumque culturam restitueret, firmaret, amplificaret, adeoque non solum de aequalibus, sed etiam de posteris tam immortaliter promereretur, ut, quos ei pares iudicemus, oppido pauci reperiantur, quos memoria digniores, nulli. Cuius merita in nosmet ipsos, sive theologiae cultores simus, sive philosophiae studiosi, sive iuris prudentes, sive medicinae experientes, sive denique liberalium artium amatores, si velimus ab omni parte recte aestimare, verendum

est, ne satura ieiune dicamus. Mosi enim, Mosi inquam, debemus monotheismi et renovationem et conservationem, Moses fuit primus Jehovae praepotentis nuntius inter populares suos, idemque cum christianae tum muhammedanae religionis fundamenta posuit. Et quid dicam de Mose philosopho? Nonne omnium primus, quod quidem nos cognoverimus, philosophatus est de natura dei, de origine mundi, de rerum caussis ac principiis, de incunabulis hominum, de mentis humanae vi et indole? Neque solum illam philosophiam, quam dicunt metaphysicam, tractavit, alteram quoque, quae in actione versatur. Ecquis ignoret decalogi praecepta, quis illum quasi cardinem morum: ama deum super omnia atque alios ut temet ipsum? Atque haec tam egregia sunt, tamque hominum saluti accommodata, ut re vera evenirent et eventura sint, quae a Iesu pronunciata Matthaeus evangelista 5, 18. refert: *Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.* Neque minus excelluit Moses legum suarum inventione, promulgatione et scriptione, ita ut verus vates portenderit Philo Judaeus (V. M. II, pag. 656. B.): *τὰ δὲ μόνου τούτου* (scil. *νομοθέτου νόμιμα*) *βέβαια, ἀσάλευτα, ἀκράδαντα, καθάπερ σφραγῖσι φύσεως αὐτῆς σεσημασμένα, μένει παγίως ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἐγράφη μέχρι νῦν, καὶ πρὸς τὸν ἔπειτα πάντα διαμενεῖν, ἐλπὶς αὐτὰ αἰῶνα, ὥσπερ ἀ-*

θάνατα, ἕως ἂν ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ὁ σύμπας οὐρανός τε καὶ κόσμος ᾖ." Verumtamen se tantopere abstinuit omni legislatoris gloria, ut eius modestiam ac verecundiam venerabundi admiremur et nobiscum profecto omnes admirentur, qui theocratiae, quam instituit, vim et naturam vere perspectam habent.

Sed haec omnia sigillatim persequi, longum est. Nihil enim adhuc diximus de Mose θαυματουργῷ, duce, propheta, scriptore, porro de ingenii eius felicitate, de humanitate, de pietate et quae sunt reliqua. Quare si magnos homines virtute meritisque metimur, ille post hominum memoriam unus omnium maximus exstitit, qui iure meritoque omnium seculorum oculos animosque in se convertit, et quem iuvat collaudare cum Joh. Chrysostomo: „τὸν μέγαν καὶ θεῖον τοῦ θεοῦ νομοθέτην — τὸν πρῶτον εἰςηγητὴν τῶν συμφερόντων τῷ βίῳ·" cum Siracide 45, 1. „τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων·" cum Philone: „τὸν φίλον θεοῦ — τὸν νοῦν τὸν καθαρώτατον."

Quod haud dubie intuiti, viri praestantissimi Mosis praecones prodierunt. In quibus potissimum nominandi sunt:

Guil. Warburton Anglus in libro: *The divine legation of Moses demonstrated, in nine Books.* Editio quinta Londini 1766. voll. IV. Hunc edidit germanice cum annotatt. *I. C. Schmidt* **III.** voll. 8. (Francof. et Lipsiae 1751.).

I. G. Herder in libro: *Vom Geist der Hebräischen Poesie* t. I. pag. 349. t. II. pag. 446–450. (Lipsiae 1787.).

Fr. de Schiller in commentatione: *Die Sendung Mosis.* Exstat haec in eius operibus minoribus prosaicis part. I. (Lipsiae 1792.) et in eius opp. omnibus ed. Cott. t. XVI. p. 59–93.

A. Niemeyer in libro: *Charakteristik der Bibel*, t. III. ed. IV. (Halae 1795.) p. 27–206.

H. E. G. Paulus in oratione, habita d. XXIV. Nov. 1814. *de Mose, libertatis de publicis rebus publice secundum sensa animi prophetici commoti loquendi assertore religiosissimo.* Exstat haec in eius libro: *Theologisch-Exegetisches Conservatorium.* t. II. p. 82–110.

Ioh. Wolfg. de Goethe in libro: *West-östlicher Divan* p. 375–406. (Viennae 1820.)

Qui viri gravissimi, vario consilio et suo quisque modo perscrutati Mosis ingenium, singulari eius laudatione admodum insignes sunt. Hic enim praedicat Mosen servatorem hominum divinitus missum, ille de genere humano humanitus meritissimum; alii rerum divinarum eius institutionem extollunt, rerum humanarum alii, alii alia vitae momenta in honorem Mosis docte et scite exponunt.

Quocirca quid mirum, nos hunc talem et tantum virum nostro studio atque opera dignissimum reperisse?

Accedit, quod vita Mosis nondum ita descripta est, ut accuratioris eius expositionis labore supersedere possimus [1]). Nam quales laudatores, tales non vitae scriptores habuit Moses.

Philo enim *Judaeus*, qui primus *vitam Mosis* tribus libris concinnare studuit, eam secutus est narrandi rationem, ut multis in locis magis poeticam narrationem, metri legibus solutam, legere tibi videaris, quam rerum vere factarum explicationem. Nempe traditionibus nimis accredens neque a partium studio plane alienus, suo modo exornavit, quae animos lectorum afficerent; orationes aut suo ingenio composuit, aut suo stilo scriptas tradidit; historiam V. T. liberius tractavit, personas loquentes inducit; dictis aliorum sua admiscet, plurima artificiose reddit. Atqui huius fictionis caussam non admiraberis, quod ille aetati suae scripsit, eiusmodi figmenta valde amanti neque narrata ad unguem usque resecanti. Quae quam vere sint dicta, plura ex-

---

1) Non defuerunt nostra aetate, qui, quod nos de vita Mosis dicimus, omnino de historia Hebraeorum recte admonerent. Vid. b. *Gableri Journal für auserlesene theolog. Litteratur*, tom. II. p. 327–341. — *Roehrii S. V. Krit. Prediger-Bibl.* tom. VII. Sect. 1. p. 150 sqq.

empla in promtu sunt; quorum in vita Mosis, quam scribere coepimus, suo loco mentio facta est. Unum hic commemorare sufficit, quod reperitur in Philonis V. M. tom. I. p. 606. (ed. Francof.), ubi haec narrantur de Mosis educatione: „ἀριθμοὺς καὶ γεωμετρίαν τὴν ῥυθμικὴν καὶ ἁρμονικὴν καὶ μετρικὴν θεωρίαν καὶ μουσικὴν τὴν σύμπασαν διά τε χρησέως ὀργάνων καὶ λόγων τῶν ἐν ταῖς τέχναις καὶ διεξόδοις τοπικωτέραις Αἰγυπτίων οἱ λογίοι παρέδοσαν· καὶ πρὸς ἔτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδεικνῦνται καὶ διὰ τῆς τῶν ζώων ἀποδοχῆς, ἃ καὶ θεῶν τιμαῖς γεραίρουσι· τὴν δ᾽ἄλλην ἐγκυκλίαν παιδείαν Ἕλληνες, οἳ δ᾽ ἐκ τῶν πλησιοχώρων τά τε Ἀσσύρια γράμματα, καὶ τὴν τῶν οὐρανίων Χαλδαϊκὴν ἐπιστήμην· κ. τ. λ.“ In qua narratione quis est, qui non somniantem deprehendat Philonem, de tempore, quo vixerit Moses, minime sollicitum? Quam ob caussam optime iudicavit *Iacob. Bruckerus* in hist. crit. phil. p. 81. dicens, *Philonem, qui omnium testium de philosophia Mosaica sit antiquissimus, et Philonis similes Judaeos fabularum de Mose architectos fuisse, atque Philonem incogitantiam suam prodidisse, quando non solum ad ideam philosophiae pythagorico-platonicae Mosen effingat et encyclopaediae suo tempore florentis cursum viro divino affingat, sed et ex Graecia advocatos esse viros doctos, in Graecanicis artibus excellentes nugetur eo tempore, quo maxima ruditas Grae-*

cium oppresserit. Quam eandem cantilenam de Mose cecinisse videntur Philone duce Clemens Alexandrinus, Justinus M., Origenes aliique. Caeterum nobiscum consentientem habemus de Philone *I. F. Guil. Thymium* in annotationibus ad vitam Mosis, a Philone scriptam [2]). Qui quidem Philonem, de Mose puero narrantem, non male comparat cum auctore evangelii infantiae Iesu, eumque partium studii accusat, quo Mosi non minus, quam popularibus et sibimet ipsi faverit.

Hoc igitur Philonis vitae Mosis describendae studium res magis implicuisse quam explicuisse, nemo non intelligit.

Neque graviora sunt, quae *Flav. Iosephus in antiqq. Iud.* de Mose memoriae prodidit, quae et argumento et fide historica ita sunt comparata, ut pleraque sint praepostera, perpauca probabilia. Miraculis enim auget miracula. Qua ex re additamenta eius maximam partem sunt incredibilia, e traditione perversa hausta, falso aestimata, saepe tradita cum rerum supervacuarum abundantia et *περιστάσεων*, quae a vero plane abhorrent, multitudine, atque iis tantummodo verisimilia, qui, nimii miraculorum ac prodigiorum fautores, lubenter se decipi patiantur. Cuius

2) Vid. *Henkii Magazin für Religionsphilos., Exegese und Kirchengesch.* tom. V. p. 550-596.

rei exempla si quaesiveris, tibi infra facile occurrent [3]).

Tum in lucem editi sunt *anonymi Rabbini libri tres de vita et morte Mosis, hebraice cum versione et notis Gaulmini Parisiis* 1679. 8. *latine Hamburgi* 1714. 8. [4]). — Quae in iis memoriae prodita sunt, omnino continent narrationes ridiculas, temporis decursu magis magisque exornatas, neque, ut nobis videtur, vitae nomine dignas. Quapropter calculum adiicimus *Bartoloccio* loco supra laudato „*quamvis*, inquienti, *institutum nostrum sit tantum recensere scriptores Rabbinos, non autem illos sacros, qui V. T. libros scripsere; attamen cum et de his aliquando loquantur auctores hebraei, ac si Rabbini et ipsi essent, tribuendo illis quam plurima blasphema, fabulosa, portentosa, inverisimilia ac etiam apocrypha non pauca, et haec praesertim faciant, dum loquuntur de s. Mose legislatore: nos quoque eius vitam et mortem atque scripta secundum quod habent prisci illi Rabbini, indicabimus, non quidem enumerando omnia, quia minus prolixa haec nostra de Mose propheta evaderet dissertatio, sed haec ex multis pauca delibando, ut*

---

3) *Gfr. Gableri Journal für auserlesene theolog. Litt.* II, 332 s.

4) Vid. praeterea in Bartolocc. Bibl. rabb. tom. IV, pag. 115 ss.

pius lector agnoscat, quibus deliciis Rabbinorum ingenia delectentur." Quarum deliciarum percipiendarum caussa si velis audire Rabbinos loco laudato, statim ab initio risum tuum haec eorum movebit narratio: „*Moses propheta ex patre Amram et matre Jochebed anno XXXVII. post mortem patriarchae Levi nascitur, scilicet anno mundi bis millesimo trecentesimo sexagesimo quinto et a. Chr. n. MCCCLXXXXV. fer. IV. die VII. mensis Adar* (i. e. Februarii), *tribus horis, ab ortu solis in Aegypto.*" Qua historica diligentia, ut ita dicam, non historica quid tandem est ridiculosius?

Restat, ut *recentiorum vitae Mosis scriptorum* mentionem faciamus, *Hessii* atque *Guilel. Fr. Hufnagelii.* Quorum uterque non ea praestitit, si quid recte videmus, quae in hodierna, qua historia collustratur, artis criticae face praestanda sunt. „Ponunt enim, quae, si scribas methodo vere historica, poni nequeunt, et opinionis praeiudicatae suspicionem facile movent. Haec ne tibi videantur temere et arrogánter dicta, perlegas, quaesumus, quae *Hessius in praefatione* libri sui: *Geschichte Moses* (tom. II. Tiguri 1777.) p. 3. 5. 6. 9 sqq. edisseruit de methodo sua scribendi. Critices vero mirum in modum neglectae exemplum iam in prima pagina et in primis verbis historiae Mosis auctor dedit, narrans ibidem, centum et triginta quinque annos inde a Jacobi in Aegypto adventu usque ad

Mosen natum esse praeterlapsos. Quae computatio etsi plane repugnat loco Exodi 12, 40: tamen ne uno quidem argumento confirmatur. Neque magis tibi, vitae Mosis historico-criticae cupido, satisfaciet *Hufnagelius* in libro: *Moseh, wie er sich selbst zeichnet, in seinen 5 Büchern Geschichte* (Francof. ad m. 1822.) [5]. Nam ex titulo libri huius et ex iis, quae in eo pag. 399. asseveravit vir celebratissimus, elucet, ipsum sine omni eorum fontium usu, qui praeter pentateuchum aetatem tulere, solum Lutheri vernacula translatione et Büchneri concordantia Bibliorum adiutum voluisse scribere.

Verum enim vero nobis ita sentientibus possis obiicere, Mosen ipsum vitae suae fatorumque optimum fuisse scriptorem, id quod sibi persuasit Hufnagelius. Satis constat autem, eum, si sane ipse vitam scripserit, nobis nostrisque temporibus non scripsisse. Talis est enim rerum gestarum in libris Mosis dispositio, talis rerum nexus et ordo chronologicus, ut historicae virtutes fere omnes desiderentur, quas in aliis antiquitatis Graecorum vel Romanorum scriptorum operibus animadvertere consuevimus. Quae cum ita sint, ne coeca fide Mosen scriptorem sequamur, et vis iudicii serviliter praestito ei obsequio impediatur, valde

---

5) Huius libri censuram vide in b. Bengelii libro: *Neues Archiv für die Theol.* tom. IV. Sect. I. pag. 40 ss. 1826.

cavendum est, ideoque id nobis agendum, ut, quae obscura nobis et dubia in vita eius occurrant, iis non temere accredamus, quia *a Mose* scripta sint, sed dubitando potius atque explorando, quae *de Mose* recte tradita esse possint, tuto ad veritatem accedamus.

In qua horum virorum imperfecta vitae Mosis expositione fieri non potuit, quin Moses vario modo isque saepius perperam iudicaretur.

Quemadmodum igitur et egregii, quos commemoravimus, Mosis laudatores, et imperfecti vitae eius scriptores: sic non minus *vituperatores Mosis* et *iudices haud locupletissimi* nos commoverunt, ut fata eius resque gestas quam verissime describere conaremur. Quorum iudicia egregio comprobarunt exemplo, quam apte dixerit *Ruhnkenius* in Dav. Hemsterhusii elogio ab initio, *criticam aliquando incidisse in furiosa ingenia, quae nullo rationis tanquam freno coercerentur, aliquando in ieiuna et angusta, quae non caperent tantae rei vim et auctoritatem.* Etenim haud pauci reperiuntur, qui, qua sunt iudicii audacia, res nimia vetustate obscuras parum investigantes, vel pleraque, quae Mosen spectant, male in suspicionem vocarunt, vel nulla religione prohibiti, quam omnino antiquitati debemus, neque locum et tempus, quo vixit, neque aetatis rationes diligenter examinantes, imo pro arbitrio ea atque ex hodierna rerum conditione leviter taxantes, Mosen criminum accusarunt, quae, si vera essent,

dignitatem eius perquam infringerent eique fraudatoris callidi nomen tribuerent. Iidem theocratiam adeo, illud sacrosanctum institutum, quo gentem Deo sacram fieri haberique Moses voluit, iudicant imperii genus, quod superstitioni religionis sacri nominis tutela impense faveat, hominum arrogantiam augeat et plurimum faciat ad tyrannidis libidinem quamcunque explendam. Mosen ergo, succlamant nobis, hierarchiae immodicae auctorem, plus mali quam boni peperisse, quod rudis Iudaeorum plebecula et demonstraverit et adhuc indies demonstret. Sed ii, nucem enucleare nescientes, quam Iesus in commodum omnium hominum tam mirifice enucleavit, dedidicerunt, abusum non tollere usum. Utinam Mosen, qui iure dicto popularium lites tam salubriter composuit, qui morbis sanandis tam egregie operam dedit, qui divini numinis interpres gentis libertati tam religiose prospexit, omnium coetuum et ordinum artiumque praesides sectentur! Neque vero ab illorum partibus ii stant et steterunt, qui Mosi nimis cupientes Platonem adeo eius sapientia imbutum dicunt. Refert enim Clemens Alex. in stromatt. I. p. 410 s. (ed. Potter) de Aristobulo Iudaeo [6]) et Numenio, philosopho Pythagoreo, haec: Ἀριστόβουλος δὲ ἐν τῷ πρότῳ τῷ πρὸς τὸν φιλομήτορα κατὰ λέξιν γράφει· κατηκολούθηκε δὲ καὶ ὁ πλάτων τῇ καθ᾽ ἡμᾶς

6) Cfr. Euseb. praep. ev. 9, 6.

νομοθεσίᾳ καὶ φανερός ἐστι περιεργασάμενος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων. — *Νουμήνιος δὲ, ὁ πυθαγόρειος φιλόσοφος, ἀντικρὺς γράφει· τί γάρ ἐστι πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων;* Similia tradidit Clemens Al. l. l. p. 413. de Eupolemo, qui librum de regibus Iudaeorum scripserit, et de patribus ecclesiae Iustinus M. Paraen. p. 81. D. Augustinus de civitat. D. VIII. 11. Eusebius Praep. ev. XIII, 12. — Huc pertinent etiam quodammodo eorum opiniones, qui mythologiam gentilem a Mose profectam iudicant. In quibus nominatim commemorandi sunt *Fr. Taubmann* et *Huetius.* Ille in Virgilii cum commentario MDCXVIII. editi praefatione contendit, omnes deos deasque gentilium a Mose eiusque uxore Zippora originem duxisse; hic in demonstratione evangelica p. 99: „*alio*, inquit, *utemur genere probationum, priscos illos gentium deos et heroes, quicunque per universum fere orbem culti sunt, earundem conditores plerosque ac legumlatores totamque ethnicorum theologiam ex Mose ipso Mosisve actis aut scriptionibus manasse, demonstrabimus.*“ Qua opinione irretitus persuasum habet, unam eandemque personam cum Mose egisse Thautum, Moschum et Adonidem Phoenicum; Osiridem, Apidem, Mnevim et Typhonem Aegyptiorum; Zoroastrem, Apollinem, Pana, Priapum, Aesculapium, Prometheum, Cecropem, Minoem aliosque. Sic dicit, ut hoc afferamus, in dem. ev. IV, 5. p. 90.

suppositiciam esse Zoroastris personam eique Mosen subesse, quod discrepantes de Zoroastre sententiae conciliari nequeant, nisi ista hypothesi: famam de Mose genuisse apud Orientales Zoroastrem, quem Sinam, Persam, Medum iactaverint, ex ignorantia geographiae patriam Mosis, quam Aethiopiam putaverint, suo loco non reperientes. Nomen et fabulam de Zoroastre, ex igne prodeunte, genuisse historiam Mosis cum deo ex rubo ardente colloquente versati, magiae inventionem adscriptam Zoroastri, quod Moses, prodigiis suis totam Aegyptum implens et conturbans, summus et omnium celeberrimus magus haberetur etc. 7). In qua horum virorum perversitate et iniquitate ne diutius commoremur, placet *Iac. Bruckerum* sequi in hist. crit. phil. t. II. c. 1. p. 77: „*falso nititur praeiudicio, omnes canae vetustatis magnos viros ad sacram historiam et nationis hebraeae heroes referendos esse, quod eruditionem virorum illustrium cetera magnam mire contaminavit.*“ Pag. 120: „*Nihil enim habent, quo sententiam vel levi colore inducant, praeter temporis antiquitatem et nominis cele-*

7) Cfr. Ioh. Gerh. Vossius de theologia gentili et physiologia christiana sive de origine ac progressu idololatriae libri IX. (Francof. 1668.) fol. lib. II. p. 225 sqq. et Sam. Bocharti geographia sacra pag. 485. Qui quidem in Bacchi fabula multa observant cum historia vitae Mosis convenientia.

britatem; ex qua misere ad eandem subiecti unius personam concluditur." Pag. 121: „*Quodsi enim hac ratione ex levi longiusque quaesita circumstantiarum conciliatione inferre liceat, easdem fuisse personas, quibus eadem convenire videntur, eadem probabilitate largiendum est Arabibus, Zoroastrem fuisse Eliam vel alium virum celebrem, imo per omnem historiam pro lubitu ita mutabuntur res vetustae, ut, quo quis est ingenio facundior, eo incertiorem reddat historiam;*" atque *Heynium* in commentatione: *temporum mythicorum memoria, corruptelis nonnullis vindicata* [8]), pag. 7: „*cum itaque alii viderent, inesse antiquis his mythis multa, quae cum sacris litteris conveniunt, statuerunt illi, omnem Graecorum aliorumque populorum mythologiam a Iudaeis esse mutuo acceptam, sed commentatorum erroribus, fraudibus et commentis oneratam et oppressam; quibus plerumque liberare eam aggressi sunt parum feliciter, cum ab opinione perperam suscepta profecti sunt. Repugnat enim omni historiae et antiquitatis fidei, priscorum populorum moribus, institutis, litteris, si a Iudaeis quidquam, tantum abest, ut omnia, ad alios populos derivata esse dicas.*" Denique hoc loco ii non silentio praetereundi sunt, qui nostra aetate, quo sunt ieiuno et angusto ingenio, omne

---

8) Vid. Commentatt. soc. Goetting. tom. VIII. p. 7.

grave veritatis historicae studium fugientes, cultui superstitioso Mosem prosequuntur, et in sententiarum stoliditate versari malunt, quam cum animi contentione vera a falsis discernere. Quos viros intellexerim, id facile suspicaberis. Sunt enim ii, qui mystici historici recte possent vocari, et vitio credulitatis laborantes, res sacras nonnisi metu quodam, ut ita dicam, paganico, tractandas censent. Iidem quum quasi internam modo lucem crepent, neque eam e fontium relatorumque acri studio extrinsecus acceptam, imprudentes antiqui aevi aestimatores ita plerumque somniis omnia complent, ut omnis rerum gestarum fides concidat et memoria evanescat.

Quibus cunctis voce admonitrice acclamat Seneca: *si iudicas, cognosce.*

At enimvero tantum abest, ut viri docti hodie plane intactum reliquerint, quod alii altius indagare desperabant, ut grato animo et agnoscamus et praedicemus, plurimos in explicandam vetustatem Mosaicam summam operam et studium contulisse. In quibus niteut maxime, qui in historia Hebraeorum criticam exercuere, atque itinerum narratores in Orientem, quorum collectionem Paulus S. V. Heidelbergensis in vulgus edidit 9). Ecquisnam ignoret, ne hoc taceamus,

---

9) *Sammlung der merkwürdigsten Reisen in den Orient, in Uebersetz. und Auszügen*, tom. VII. 8. (Jenae 1792.).

Francogallorum ducem adeo suo ipsius exemplo rebus gestis Mosis lucem attulisse, qui, quum non multis abhinc annis in expeditione Aegyptiaca aeque ac Moses fluctuum opportunitate usus mare rubrum traiiceret, et tempus aestus faventis praeterlapsum esset, eodem fere modo locoque, quo Pharao, fluctibus in ipsum retro versis, periisset [10]? Haec igitur, quantum fieri potest, novus vitae Mosis scriptor in usum suum convertet.

His ita disputatis, per se intelligitur, sane fuisse, quod Mosen describere periculum faceremus. Sed utinam, conatus gravitate iterum ac saepius expensa, in nullo et temeritatis et iniquitatis vitio deprehendamur, et ab omni simulatione ac dissimulatione remotissimi, caussas veras, ex quibus res gestae pendent, nunquam non feliciter invenerimus! Namque est sane difficile eius negotium, qui viri alicuius vitam narrare vult, cum non corporis figuram, sed ut cum Tacito Agricol. c. 46. loquar: „*figuram animi, formam mentis*" depingere debeat. Quocirca ne personam fucatam videas, maximopere opera danda est, ut, omnibus fatis eius, rebus bene

10) Vid. liber, ex lingua Franco-gall. translatus et editus Magdeburgi 1801: *Bericht von den Feldzügen Bonapartes in Aegypten und Syrien von Berthier, ehemaligem Divisionsgeneral und Chef des Generalstabes der französ. Armee im Orient.*

maleve gestis perspicue cognitis, in intima animi penetralia et arcana intremus, et latebrarum iidem, quae in animis hominum sunt, exploratores vitia aeque ac virtutes sine omni fuco narremus. Accedit, quod in Mosis vita multa supersunt, quae cum ob nimiam vetustatem, tum, quod litterae, una memoriae rerum gestarum fidelis custodia, tum temporis perrarae fuere, caliginosa nocte premuntur. In quibus rebus nos consolatur illud proverbium: in magnis voluisse sat est.

Iamvero, quae leges in scribendo nobis ob oculos versatae sint, paucis edisseramus, necesse est.

Est autem veri historici nostro iudicio, e multis, quae adsint, et diversis diversorum temporum relationibus haurire, quae ad rem suam aut illustrandam aut confirmandam pertineant, iisque recte perspectis e singulis quasi componere totum, arcte connexum sibique non repugnans, — ne multa, historiam ex historiolis, quae sit vere pragmatica. At habet haec ratio in explicandis summae antiquitatis reliquiis tantas tricas et difficultates, ut, si quis nesciat ex iis recte se expedire, verendum sit, ne omnem rem, cui lucem afferre laborat, opinionum commentis pervertat. In quod periculum ne incidas, ante omnia hoc maxime necessarium videtur, ut, vera historicae interpretationis disciplina infectus, omnem fugias explicandi fingendique libidinem, qua

fieri solet, ut, quidquid in rebus narratis verum est, non investigeris, sed detorqueas, et rem, non qualis revera fuerit, sed qualis esse potuerit, aliis invitis obtrudas. Neque enim potest negari, multas historiarum antiquissimarum et sacrarum et profanarum partes easque potissimum, quae rerum narratarum vel novitate atque insolentia incredibiles, vel brevitate et obscuritate intellectu difficiles viderentur, interpretantium iniquitate et corrigentium levitate temeraria miram expertas esse opinionum vicissitudinem. Itaque obscuritas legitima ratione dispellenda est, nimirum legitimo fontium, quae adsint, usu constantique earum fuga coniecturarum, quae omnino nullis aut prorsus invalidis argumentis nituntur, quibus iniuria infertur antiquitatis monumentis, et quibus verum non effertur e relatis, sed quaecunque placent, dummodo rerum nexus restituatur, in ea inferuntur. Hoc postulat fides historica et veritatis amor, quo relata referamus, oportet, adhibita quidem historici artificis libertate, sed sine omni artificio, quo scriptores lectoribus, rerum historiae non satis peritis, mirifice persuadere et fucum facere solent. Nam haec est, ut Cicero ait, historiae prima lex, ne quid falsi dicere audeat. Quocirca modis omnibus tenenda veritas, et quod in re est, hoc in verbis sit; quae si in se dulcedinem habent, dulcia, si amaritudinem, amara dicantur.

At dixerit quispiam, nonne quaelibet fere relatio, per se spectata, tradit partes historiae abruptas, mancas neque diligenter examinatas? Quomodo in iis verum reperies, quae sunt contorta, quae repugnant rerum naturae atque usui, quae e fontibus turbidis promanarunt, quae narrationum diversitate sibi adversantur, quae hiant lacunis, et quae auctores nuntiarunt sive decepti, sive partium studio dediti?

Est profecto, quod ita ex me quaeras. Videas igitur in hisce recte eruendis criticae necessitatem, qua qui utitur non solum iis fidem deneget, quae non sunt digna fide, sed quoque evitet, ne, si pauca in relatis praepostera et sanae menti nequaquam congrua deprehenderit, statim tum omnia dubitet et sic vera a falsis dignoscere omittat. Est enim quidem dubitatio ratio certissima rei recte cognoscendae; et qui in rebus sacris recte intelligendis magno cum timore ad inspirationem sive realem sive verbalem semper provocant, de sua ipsorum inspiratione somniare videntur; verum dubitatio solum cum fide arcte coniungenda, neque dubitandi cupiditas ad veritatem nos ducit. Illud vero inprimis est tenendum, permultas res, ab aetatis nostrae memoria procul remotas, esse tantis tenebris obrutas, ut eas dispellere frustra simus conaturi.

Plurima autem in vitae Mosis historia inesse, quae laborant relatorum vitiis, inprimis nimia brevitate, neminem fugit. Quam pauca enim et

incerta narrantur de statu Israelitarum in tractu Gosenitico, de aetatis, qua Moses natus est, rationibus, de regibus Aegyptiorum eorumque imperiis; porro de parentibus Mosis, de pueritia, de educatione in aula regia, de vita pastorali apud Jetronem socerum acta, de rebus in Aegypto gestis, imo de tota vita et morte quoque! Quomodo igitur in hoc vitae Mosis quasi Labyrintho filum Ariadneum investigandum, quomodo provincia bene administranda est? Coniecturae sane faciendae sunt, sed tales, quibus historia duce nova indagemus, et ut vetustis novitatem, sic novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam et naturae sua omnia dare studeamus.

Quapropter in nostra re ita versabimur, ut duplici munere fungamur, et interpretandi et diiudicandi relata: illo, ut, quid senserit auctor, vere intelligatur, hoc, ut, num quid recte sit narratum nec ne, bene expendamus. Methodus igitur, quam usurpandam arbitramur, est historico-critica, qua spreta nihil rerum antiqui aevi potest feliciter exponi.

Caeterum, quod non scriptorum veterum mos fuit, suis ipsorum scriptis scholia addere, quae non cum ipsa orationis serie et filo contexta essent, praemonendum est, nos id seculo dedisse ac voluisse hac re consulere legentium intelligentiae. Alia enim fuit veterum ratio scribendi,

ut scriptis notas adscribere non opus esset; alia est nostrorum, ut laudi sit aetatis ingenio indulgere. Quodsi forte nonnullorum iudicio in rerum delectu peccaverimus, hi sciant, nos in tota hac vitae scriptione, quantum fieri poterat, voluisse efficere, ut indocti discant, ament meminisse periti. Quare ad unum omnes, quaesumus, coeptis suffragii clementia annuant scribentisque imbecillitati paululum conniveant, Horatii dicti haud immemores: ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Fontium, quibus nostros irrigavimus hortulos, primarium secuti sumus pentateuchum, antiquissimum rei nostrae penum et supellectilem etiamsi curtam, tamen antiquitus sancitam; fontem secundarium Flav. Iosephi antiquitates Hebraeorum et vitam Mosis a Philone scriptam. Praeterea, quoad facultas ferebat, traditionum vestigiis ingressi sumus, quae apud Rabbinos, scriptores profanos, patres ecclesiasticos, Arabes, itinerum narratores alibique inveniuntur, itemque in opinionibus nostris defendendis criticorum non minus, quam interpretum iudicia respicienda putavimus.

PARS I.

DE INFANTIA MOSIS.

§. 1.

Status Israelitarum in Aegypto.

Qua auctoritate patriarchae Abrahamus, Isaacus et Iacobus, nomadum duces, pro sua intelligentia nullisque obnoxii legibus rem gentilitiam moderati sunt: eadem fere postea Hebraeorum principes gavisi sunt, Iosepho auctore in tractum Goseniticum deducti, Aegypti inferioris provinciam [11]). Quamquam enim stirpe septuaginta

11) גֹּשֶׁן Genes. 45, 10. reddiderunt LXX: Γεσὲν Ἀραβίας. Alii aliud hoc nomen graece formarunt: Γεσέμ, Καισάν, Κεσσών, Κωχών, Κοχώμ et accedente terminatione graeca: Κωχώνη, Κωχώμη. Vid. Theodotus, Artapanus et Manetho Aeg. apud Eusebium, et Iablonsky de terra Gosen diss. VII. §. 3. Genes. 46, 28. verterunt LXX. גֹּשֶׁן: „Καθ' Ἡρώων πόλιν εἰς γῆν Ῥαμασσῆ." Gosenitidem igitur Heroopolin usque exporrectam putantes. Quod nomen Ῥαμασσῆ, Genes. 47, 11. רַעְמְסֵס, quoniam ΡΕΜΣΧΩC, a verbis Aegyptiis ΡΕΜ, ΡΩΜΙ *homo*, et ΣΧΩC *pastor* derivatum, significat *pastores* sive *homines vitae pastoralis*, (vid. *P. E. Iablonsky* in dissertat. IV. de terra Gosen §. VII. et opuscc. t. II. p. 136.) terrae Gosen ex re ipsa adhaesisse arbitramur, sive, quod Iosepho iudice in Antiqq. lib. II. c. 7. §. 6., qui idem *Rahmsen* Heliopolin esse censet,

hominum [12]), quam illi patriarchae ex se reliquerant, quum in Aegyptum immigrasset, brevi

regis pastores ibi pascua habebant, sive ab Israelitis sic dicta, quasi regio pastorum, sicut ἀπὸ τῶν βουκόλων, qui in palustribus Aegypti habitabant et ex latrocinio vivebant, regionem Aegypti Βουκολίαν appellatam fuisse, scriptores testantur. Vid. Heliodori Aethiopica L. I. p. 11. ed. Bonrdel. —

Gosen *ad septentriones* vergit a Philistaea usque ad ostium Taniticnm, ubi nunc est Damiata; *ab oriente* continetur Philistaea et Arabia Petraea (Γεσὲν Ἀραβίας LXX.) Exod. 13, 17; *meridiem versus* pertinet ad Heliopolin LXX. Genes. 46, 28; *ad occidentem* dextrum latus Nili attingit. Vid. *Michaelis* in supplem. ad lex. Hebr. pag. 371-381. — Quousqne autem patuerit, nunquam indubitatum reddi poterit. Varias sententias de situ Goseniti-dis diligenter exquisivit *Iac. Bryant* in: observations upon the ancient history of Egypt p. 75-94, Iablonsky in octo de terra Gosen dissertatt. (Francof. ad Viad. 1736.) *I. Ioach. Bellermann Handbuch der bibl. Litteratur* IV, 191 sqq. et *Lackemacher* observatt. philol. VI, 297 ss. — Hunc tractum Goseniticum autem alendis pecoribus aptissimum fuisse, docet et loci natura, et qnod de hac re narratur Genes. 45, 18.

12) LXX habent Genes. 46, 27. ἑβδομήκοντα πέντε, quorum versionem Stephanus sequitnr in Act. App. VII, 14., quia cum Iudaeis Hellenistis disputat. In qua discrepantia ut inter se convenirent, erditi vario modo operam dederunt. Beza legi volebat: ἑβδομήκοντα πάντες, quod in πέντε postea mutatum

gens nasceretur, totidem millia complectens: tamen principes tribuum, quos veluti senatum (זקנים) Hebraei constituerant, et coryphaei familiarum erant maiorum more gentis praefecti, non legum severitate, quae agenda essent omittendaque, praecipientes, sed ipsi potius vivae ac spirantes leges severa quadam comitate, intelligentiae gravitate ac dignitate delicta prohibentes magis quam punientes, ita ut neque senatus consulto, neque plebiscito, neque populi iusso denique opus esset.

sit et in codd. LXX. interpretum intrusum. Sed id linguae nimis adversatur, cum πάντες voci ψυχαῖς sine magno soloecismo adiungi nequeat. Alii opinantur, Mosen, qui LXX tantum hominum mentionem fecerit, eos intelligere, qui in Aegyptum cum Iacobo venerint; Stephanum vero cum Alexandrinis Iudaeis eos, qui in Aegyptum a Iosepho invitati fuerint, eosque esse LXXV, si uxores Iacobi, Rahel, Bilha et Silpa, et filii Iudae, Ger et Onan, annumerentur, quorum mortem ante adventum in Aegyptum Iosephus nesciisset. Sed id Iosephum non ignorasse, persuadet nobis Genes. 43, 7.; 44, 19. neque uxores Iacobi ex ipsius femore egressae sunt. Genes. 46, 26. Alii itaque rectius observant, Alexandrinos annumerasse Iacobi posteris quinque filios Manassis et Ephraimi, in Aegypto natos. Quam ob rem hoc numero designatur progenies Iacobi, postquam in Aegypto sedem fixerat, et quamvis quidam eorum in Aegypto essent nati, dicuntur tamen cum eo descendisse, quum essent in lumbis parentum. Cfr. Genes. 46, 27.

Atque sic Hebraei circiter tria per secula vitam vixerunt pastoralem eamque ob pascuorum fertilitatem vere vitalem omnique ex parte iucundam.

Sed illa Iacobi progenies, cui in aulae vicinia optimam Aegypti provinciam Iosephus incolendam dederat, quum magis in dies magisque crevisset, eademque de caussa necessario provinciae suae fines extenderet, neque tamen quidquam haberet commune cum Aegyptiis, qui eam, a moribus suis, religione et institutis longe alienam, manifesto despicere debebant, non potuit diu percipere hanc gentis nomadicae magnam felicitatem vitaeque solutae delicias. Factum est enim, iis Aegypti regibus mortuis, qui avita quasi hereditate relictam Iosephi, de ipsorum imperio optime promeriti, memoriam pie recolentes, hospites gratos potius habuerant Hebraeos, quam subjectos perniciosos, ut, cum imperium Aegyptiorum ad aliam familiam [15]) devenisset, Pha-

13) Exod. 1. 18. מֶלֶךְ־חָדָשׁ rex novus, Act. 7, 18. βασιλεὺς ἕτερος; Ioseph. Antiqq. II. c. 9. §. 1. „τῆς βασιλείας εἰς ἄλλον οἶκον μετεληλυθυίας. Manetho Aegyptius apud Iosephum c. Apion. l. I. §. 14. narrat, homines genere ignobiles, ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, quos nonnulli dicerent Arabes fuisse, circa illa tempora Aegyptum in potestatem suam redegisse, eosque vocatos esse Aegyptiis Υκσώς (apud Eusebium ὑκούσσως praep. ev. X, 13.) i. e. βασιλεῖς ποιμένας· „τὸ γὰρ Ὑκ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασι-

rao [14]) rerum potiretur, qui Iosephi nullam ha-

λέα σημαίνει, τὸ δὲ Σωσ ποιμὴν ἔστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον, καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται ὑκσώς· τινὲς δὲ λέγουσιν, αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι." Quos pastores regios e suis elegisse regem, cui nomen fuerit Σάλατις, quod ab Arabico سلاطة derivatum, significat *dominum*, *regem*, Aegyptium *Pharaonem*. Iosephus l. l. Hycsos istos contendit Israelitas fuisse, eiusdemque opinionem suam fecerunt Perizonius in Origg. Aegyptiacc. c. XIX, *Buddeus* in hist. eccles. V. T. P. I. p. 453. et *P. E. Iablonsky* in explicat. vocc. Aeg. in opuscc. P. I. p. 356 sqq., qui, mirum est, nomine ὑκσώς illustrem aliquem in gente hebraea virum et ipsum Mosen designari putat, nitens hanc opinionem loco Herodoti l. II. c. 128. ubi pyramides pastoris Philitionis commemorantur, cuius nomine Palaestinum i. e. Iudaeum, denique Mosen latere iudicat. Sed pastores istos fuisse Israelitas, optime refutarunt *Marshamus* in canone chron. p. 107. *F. Guil. Beer in: den Abhandlungen zur Erläuterung der alten Zeitrechnung und Geschichte.* P. I. p. 216 sqq. — Cfr. *Heeren: Ideen über die Politik etc. der vornehmsten Völker der alten Welt.* Vol. II. P. 2. p. 548 sqq. et 551. not. — Longe aliam sententiam fovet de hac re *Eichhornius Weltgeschichte* I. p. 112. „*Nach Vertreibung der Hycsos aus Aegypten, unter deren Dynastie die Israeliten vielleicht eingewandert, ist der alte Pharaonenstamm wieder auf den Thron gekommen und hat, auf alle Hirtenvölker argwöhnisch, auch die Israeliten mit eifersüchtigen Augen angesehen und von ihnen gefürchtet, dass, wenn wieder Hirtenvölker eindringen wollten, sie*

buit rationem [15]) atque Hebraeos; metuens; ne

---

mit diesen gemeinschaftliche Sache machen könnten." Cfr. *Bauer Handbuch der hebr. Gesch.* I, 242. Contra ea scripserunt *Jahn Arch.* II. 1, 25 sqq. *Beck Weltgesch.* I, 297. *Bredow Handb.* 82. Probabilior et magis cum Manethone conveniens est Forsteri sententia, qui in ep. ad Mich. pag. 9, reges s. pastores cinctos exponit de Amalecitis, gente nomadica, Arabibus origine, vitae genere pastoribus. Putamus igitur, illum genere fuisse Arabem, qui, Aegypto inferiore sub potestatem suam redacta, de imperii conservatione valde sollicitus erat, ideoque in Hebraeos quoque securos infenso animo per satellites tyrannidis imperia exsecutus est. In Euseb. praep. ev. l. IX. c. 26. p. 432. refertur ex Artapani de Judaeis opere, „Palmanothem Aegypti imperium tum capessivisse, Iudaeumque populum durius habuisse. Ab hoc primum Κεσσὰν i. e. Gosenitidem conditam, in eaque delubrum, templum apud Heliopolin, excitatum esse. Ab eodemque Merrhim filiam susceptam ac Chenephrae cuidam, regioni supra Memphim sitae imperanti, desponsam fuisse. Tum enim plures Aegyptum regulos habuisse." Sunt denique, qui regem eum Busiridem fuisse existiment. Vid. *Ger. Ioh. Vossii* de theol. gent. p. 226.

14) פַּרְעֹה Φαραώ, copt. ΦΟΥΡΟ theb. ΠΡΡΟ, ΦΡΡΟ, est communis antiquorum regum Aegyptiorum titulus usque ad tempora Ezechielis, Ez. 32, 2. sicuti postea nomen *Ptolemaeus.* Significat Pharao *regem* Iosepho interprete Antiqq. VIII, 6. 2. „ὁ Φαραὼν κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει." A LXX. interpretibus

quondam nimis adaucti Aegypto exirent et cum

---

redditur βασιλεύς Ies. 19, 11. a Vulg. *rex* Gen. 47, 2. Cfr. *Iablonsky* in opuscc. t. I. p. 375. ed. *te Water* et in diss. IV. §. 3. de terra Gosen, et *Wesselingius* ad Herod. 2, 111. Hoc nomen derivat Vitringa in Obss. ss. [t. 1. p. 68. ab Hebr. פרע *liberum esse*; *A. Mullerus* in Gloss. s. p. 64. a copt. Φαριωτ, quod interpretatur *patriae patrem*; *Kircherus* in ling. Aeg. restit. p. 589; *Pfeiffer* in dub. vexat. ad Gen. 42, 16. aliiq. ex Copt. ΟΟΤΡΟ *rex* cum praefixo Φαουρο *rex meus*, quod appellativum successu temporis in nomen proprium degeneraverit; *Bochartus* in Phaleg. p. 156. et Hieroz. P. II. 795. Pharao exponit *crocodilum*; *Adler: bibl. krit. Reise* 190 s. a ΠΙΡΗ *sol*, et *Hufnagel: Moses, wie er sich selbst zeichnet*, p. 4. conjicit, Pharao esse vocabulum disyllabum „*Phar-oh*" a *Phar* (Pheor, Peor) i. e. *dominum, deum* ut Baahl, et *Aoh* i. e. *sacerdotem*, significare igitur *sacerdotem Dei* „*des Herrn Gotthöchsten*" *oder* „*höchsten Gottes Priester.*" — פַּרְעֹה optime potest explicari a פָּרַע Arab. فرع *summum tenuit*. Iudd. 5, 2. Plura de h. n. vid. apud *Robertson*. in thesauro L. S. ad rad. פרע *Buddeum* in hist. Eccl. V. T. t. I. pag. 857. Nomina propria regum Aegg. cum hoo communi titulo coniuncta commemorantur 2 Reg. 23, 29. 33. Pharao Necho, et Icrem. 44, 30. Pharao Hophra.

15) Exod. I, 8. אֲשֶׁר לֹא יָדַע אֶת־יוֹסֵף Act. 7, 18. ὅς οὐκ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ. Haec verba *Rosenmüllerus*, *Marshamus*, *Hezelius* aliique proprie sic intelligunt: „qui de Iosepho eiusque meritis nihil cognitum habuit

hostibus Aegypti coniuncti adversus se bellum

---

utpote rex novus et Arabs." Sed dubito, num recte statuant. Nam etiamsi, id quod non est probabile, commentariis publicis non erat servata memoria Iosephi, profecto tamen non potuit non ab ipsis Hebraeis vel ab Aegyptiis de eo nuntium accipere et caussam perdiscere, cur Hebraei in Aegyptum venissent. At quid mirum, eum, quia rex novus fuerit, haec minime respexisse, imo adeo antecessoribus invidum et adversarium ea omnia contemsisse, quae illi magni fecerant. Nonne hodieque ita fieri solet a tyrannis, qui aliena sibi arrogant imperia? Quam ob caussam explicaverim illa verba: *non agnovit Iosephi merita de Aegypto*; *Iosephi nullam habuit rationem.* Quibus non repugnat notio verbi יָדַע voluntate aliquem persequi, amicum habere, amare, probare Genes. 18, 19. 39, 6. Ps. 144, 3. Hos. 8, 2. Amos 3, 2. Hiob 8, 21. Sic *εἰδέναι* 1 Thess. 4, 4.; 5, 12. *γινώσκειν* Matth. 7, 23. Luc. 24, 35. Rom. 10, 19. 1 Cor. 2, 8.; 8, 3. Hebr. 13, 13. et לֹא יָדַע latinorum: *ignorare* Plaut. Asin. 1, 2. 18. Terent. Phorm. 2, 3. 10. *ignoriren* i. e. *nicht kennen wollen, thun, als wüsste man von jemand nichts.* — Cum iisdem consentit *Onkelos:* דְּלָא מְקַיֵּם גְּזֵירַת יוֹסֵף: *qui non servabat decretum Iosephi;* item *Hierosolymitanus paraphrastes:* דְּלָא חֲכִים יַת יוֹסֵף וְלָא הֲלִיךְ בִּנִימוּסוֹי: *qui non agnovit Iosephum neque ambulavit in stabulis eius*; denique *Iarchi:* עשה עצמו כאלו ירעו: *ita se gessit, ac si illum ignorasset.* Effuse de hac re agit Philo pag. 330. C. „ἀνέστη γὰρ, φησὶ, ‚βασιλεὺς ἕτερος ἐπ' Αἴγυπτον, ὃς

gererent [16]); quovis modo diminuere decrevit. Itaque gravissima onera sustinere cogebantur lateribus e luto ducendis novisque urbibus aedificandis [17]), quae Exod. 1, 11. appellantur Pithom

---

οὐδὲ τὸ πανύστατον καὶ νεώτατον αἰσθητὸν ἀγαθὸν ᾔδει τὸν Ἰωσὴφ, ὅς τις οὐ μόνον τελειότητας, ἀλλὰ καὶ προκοπὰς, οὐδὲ ἐνέργειαν τὴν οἵαν δι' ὁράσεως, ἀλλὰ καὶ διδασκαλίαν, τὴν δι' ἀκοῆς ἐγγινομένην ἀνῄρει.“

16) Exod. 1, 10. וְנִלְחַם־בָּנוּ וְעָלָה מִן־הָאָרֶץ Quae verba me iudice non recte explicant interpretes: „*ut bellum contra nos gerat, Aegypto exeat et redeat in terram maiorum suorum;*“ aut ita, ut ו ante עָלָה hic אוֹ sonet, sensu: „*ne vel hostibus nostris iunctus, bellum adversus nos suscipiat et nos vincat, vel si non vincat, in terram maiorum redeat et nos ita non exiguo commodo, quod habemus ex ipsius opera, privemur.* Nam regem commodum, quod Hebraei adferrent, spectasse in contextu ne verbo quidem significatur, sed rex novus id solum, ut ex ipsissimis verbis apparet, curae cordique habuit, ne quid damni imperium capiat. Quocirca crediderim, hic esse *ὕστερον πρότερον*, sic interpretandum: „*ne forte hic populus, Aegyptum egressus, hostibus nostris se iungat et una cum iis bellum adversus nos gerat.*“

17) Philo p. 332. D. narrat haec: „*Καὶ γὰρ τοῦτον* (sc. *τὸν βασιλέα Αἰγύπτου*) *εἰςάγει Μωϋσῆς τοῖς ἐκ πλίνθου κατεσκευασμένοις χαίροντα οἰκοδομήμασιν· ἐπειδὰν γάρ τις τὴν ὕδατος καὶ γῆς τὴν μὲν ὑγρὰν, τὴν δ' αὖ στερεὰν οὐσίαν διαλυομένας καὶ φθειρομένας ἀνακεκρασάμενος, τρίτον μεθόριον ἀμφοῖν ἀπεργάσηται, ὃ καλεῖται πηλὸς, τέμνων κατὰ μοίρας τοῦτον οὐ παύεται, σχήματα περιθεὶς*

et Raameses [18]) aliisque duris operibus in agris

ἑκάστῳ τῶν τμημάτων τὰ οἰκεῖα, ὅπως εὐπαγέστατά τε καὶ εὐφορώτατα γένηται· ῥᾳδίως γὰρ οὗτος ἔμελλε τὰ κατασκευαζόμενα τελειοῦσθαι.“

18) *Pithom* haud dubie eadem urbs est, quam Herodotus L. II. c. 158 vocat πάτουμον τῆς Ἀραβίας πόλιν haud procul ab Arabico sinu sitam, iuxta quam, uti probavit Champollion (l' Egypte sous les Pharaons t. II. p. 59.) postea ducta est fossa e Nilo in hoc mare. Θωμ demto πε s. πι articulo coptice denotat *clausus*, *obturatus*, ideoque πιθώμ, πεθώμ patum, os, sine dubio nomen accepit a situ. Vid. *te Water* in auctario ad Iablonskii explicatt. vocc. Aeg. in Opuscc. P. I. p. 447. s.

Raameses, רַעְמְסֵס LXX. Ῥαμεσσῆ a terra רַעְמְסֵס Genes. 47, 11. probe distinguenda, e Iablonskii sententia in diss. IV. de terra Gosen §. VIII. nomen traxit ab Aegyptiaco ΡΗ *sol* et ΜΕΣΣΗ *ager*, igitur, *ager solis*, quod idem sonat atque *Heliopolis*, cuius nomen antiquissimum fuerit *On*. Quod quidem non convenit cum LXX. viris, qui Genes. 46, 20. transferunt: „Καθ' Ἡρώων πόλιν εἰς γῆν Ῥαμασσῆ“ et Exod. 1, 11. addunt: „καὶ Ὢν, ἥ ἐστιν Ἡλιοῦ πόλις.“ Alii cum Clerico nomen eius repetunt a rege Ramasse, cuius nominis reges plures Aegyptum habuisse, docuit Marshamus in Can. chron. p. 456. illamque a Ramasse conditam urbem dicunt *Salati* auctore instauratam atque Israelitarum opera munitam. Caeterum Forskal in itinere, quod Cahira Alexandriam instituit, vicum, nomine Ramses se offendisse, retulit Niebuhrio (vid. eius *Reisebeschr.* P. I. p. 97. cf. Cham-

exsequendis molestum perpeti corporis exercitium, quod Flav. Iosephus in Antiqq. 2, 9. 1. sic describit: „*Τόν τε γὰρ ποταμὸν εἰς διώρυχας πολλὰς αὐτοῖς προσέταξαν διατεμεῖν, τείχη δὲ οἰκοδομῆσαι ταῖς πόλεσι καὶ χώματα, ὅπως ἂν εἴργοι τὸν ποταμὸν μὴ λιμνάζειν, ἕως ἐκείνων ἐπεκβαίνοντα. Πυραμίδας τε ἀνοικοδομοῦντες ἐξέτρυχον ἡμῶν τὸ γένος· ὡς τέχνας τε παντοίας ἀναδιδάσκεσθαι.*" Insuper quum iis tantos labores ac vix ferendos imposuisset, quominus rerum novarum studium alerent, Pharao impedivit constituendis operarum praefectis. Unde intelligitur, regem Aegypti simili arte usum fuisse, qua tyrannos saepe uti dicit Aristoteles Polit. 5, 11.: „*Καὶ τὸ πένητας ποιεῖν τοὺς ἀρχομένους τυραννικὸν, ὅπως μήτε φυλακὴ τρέφηται, καὶ πρὸς τῷ καθ᾽ ἡμέραν ὄντες ἄσχολοι ὦσιν ἐπιβουλεύειν,*" qua usus est Tarquinius, qui pari de caussa plebem Romanam fossis et cloacis exhauriendis occupavit, et qua adhuc in Orientis terris reges utuntur. Vid. **Rosenmülleri**: *altes und neues Morgenland.* T. I. No. 186. p. 253.

At in tot et tantis vitae molestiis quam miseri facti sint Hebraei, quilibet sentiet, qui discrimen, quod vitam nomadicam inter et vitam servilem, corporis crudeli exercitio perquam ex-

---

pollion l. c. t. II. p. 248.) in cuius vicinia urbis antiquae rudera visantur, quae nominent Arabes تل يهود i. e. *colles Iudaeorum*, sive تربة يهود i. e. *sepulchra Iudaeorum.*

acerbatam; intersit, bene secum consideraverit. Quibus adde morborum difficulter sanandorum et malignitatem et longinquitatem. Multi enim profani scriptores, qui Hebraeorum mentionem faciunt, Manetho Aegyptius, Diodorus Siculus, Tacitus, Lysimachus, Strabo aliique in eo consentiunt, eos tum lepra quadam valde infectos esse, et Iustinus in hist. Philipp. 36, 2. dicit: „*Sed Aegyptii quum scabiem et vitiliginem paterentur, responso moniti, eum* (sc. Mosen) *cum aegris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt.*“ Cuius rei non maius testimonium afferre possumus, quam leges Mosaicas, de scabie et vitiligine saepius datas. Vid. Levit. 13 — 15. Deut. 28, 27. 35. et cfr. Michaelis Mos. R. IV. §. 208. ss. — Qui morbus indicio est, quam foeda ac pestilentia Hebraeis facta sint provinciae opimae, quam incolebant, amoena loca [19])!

---

19) Exornavit haec Philo poetice in V. M. I. p. 608 hoc modo: „τούτοις οὖν, οἳ τὴν μὲν οἰκίαν ἀπέλιπον, εἰς δ' Αἴγυπτον ἧκον, ὡς ἐν δευτέρᾳ πατρίδι, μετ' ἀσφαλείας οἰκήσοντες, ὁ τῆς χώρας ἡγεμὼν ἠνδραποδίζετο, καὶ ὡς ἢ πολέμου νόμῳ λαβὼν αἰχμαλώτους, ἢ πριάμενος παρὰ δεσποτῶν, οἷς ἦσαν οἰκότριβες, ὑπήγετο καὶ δούλους ἀπέφαινε, τοὺς οὐκ ἐλευθέρους μόνον, ἀλλὰ καὶ ξένους καὶ ἱκέτας καὶ μετοίκας, οὔτ' αἰδεσθεὶς, οὔτε δείσας τὸν ἐλευθέριον καὶ ξένιον καὶ ἱκέσιον καὶ ἐφέστιον θεὸν, ὃς τῶν τοιούτων ἐστὶν ἔφορος· εἶτ' ἐπιτάγματα ἐπέταττε βαρύτερα τῆς δυνάμεως, ἄλλοις ἐπ' ἄλλους πόνους προστιθεὶς. Καὶ τοῖς

Ut autem corporis eorum, sic animi vires fregit laborum dura perpessio. Avita enim religio et mentis morumque cultura depravata est

---

ἀπαγορεύουσιν ὑπ᾽ ἀσθενείας, ὁ σίδηρος εἵπετο· ἐπιστάτας τῶν ἔργων, ἀνηλεεστάτους καὶ ὠμοθύμους οὐδενὶ συγγνώμης μεταδιδόντας, ᾑρεῖτο, οὓς ἐργοδιώκτας ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὠνόμαζον· εἰργάζοντο δ᾽ οἱ μὲν πηλὸν εἰς πλίνθον σχηματίζοντες· οἱ δὲ πανταχόθεν ἄχυρα συγκομίζοντες· πλίνθου γὰρ ἄχυρα δεσμός· οἱ δ᾽ ἦσαν ἀποτεταγμένοι πρὸς οἰκιῶν καὶ τειχῶν καὶ πόλεων κατασκευὰς, καὶ διωρύχων ἀνατομὰς, ὑλοφοροῦντες αὐτοὶ μεθ᾽ ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἄνευ διαδοχῆς, οὐδεμίαν ἔχοντες ἀνάπαυλαν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὅσον καταδαρθεῖν αὐτὸ μόνον ἐώμενοι, πάντα καὶ τὰ τῶν δημιουργῶν καὶ τὰ τῶν ὑπουργῶν δρᾷν ἀναγκαζόμενοι, ὡς ἐν βραχεῖ τὰ σώματα αὐτοῖς ἀπαγορεύειν, ἅτε καὶ τῆς ψυχῆς προαναπιπτούσης. ἄλλοι γοῦν ἐπ᾽ ἄλλοις ἐξέθνησκον ὡς ὑπὸ λοιμώδους φθορᾶς, οὓς ἀτάφους ἔξω τῶν ὁρίων ἀπεῤῥίπτουν, οὐδὲ κόνιν ἐπαμήσασθαι τοῖς σώμασιν ἐῶντες, ἀλλ᾽ οὐδὲ δακρῦσαι συγγενεῖς ἢ φίλους οὕτως οἰκτρῶς διαφθαρέντας, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀδουλώτοις πάθεσι τῆς ψυχῆς, ἃ μόνα σχεδὸν ἐξ ἁπάντων ἐλεύθερα ἡ φύσις ἀνῆκε, δεσποτείαν ἐπηπείλουν οἱ ἀσεβεῖς, ἀνάγκης ἀνυποίστῳ βάρει δυνατωτέρας πιέζοντες."

Idem in libro de confusione Linguar. p. 333. C. non male sic describit calamitatem Israelitarum: „Ἰσραὴλ, ἐνδεθεὶς ποτε τοῖς σωματικοῖς Αἰγύπτου δικτύοις, ἐπιταγμάτων βαρυτάτων ἀνέχεται, ὡς πλίνθον καὶ πᾶν τὸ γεῶδες ἐργάζεσθαι μετὰ ἀργαλεωτάτων καὶ ἀτρυτωτάτων πόνων, ἐφ᾽ οἷς εἰκότως ὀδυνᾶ καὶ στένει, τοῦτο μόνον ὡς ἐν κακοῖς τεθησαυρισμένος κειμήλιον ἐνδακρῦσαι τὰ παρόντα. Λέγεται γὰρ ὑγιῶς, ὅτι κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔργων."

superstitionis Aegyptiae tenebris, quas et postea Moses non potuit plane propellere. Vid. Exod. 3, 13. 6, 3. 32, 1. 3. Levit. 17, 7.

Quae superstitio multum effecit, ne illi, onera decutientes, sua sponte pristinam libertatem recuperarent. Quantam enim vim habeat religio in populi ingenium, quantus eiusdem sit stimulus, ut iura laesa vindicemus, exempla docuerunt sexcenties [20].

---

20) Contra ea, ut videtur, non sine omni ira et studio disputat *Sal. Deulingius*, olim Profess. Theol. ord. et Superintend. Lipsiensis, in Observatt. sacrar. parte prima, (ed. altera Lipsiae MDCCXX), in qua appendicis loco accessit oratio de ingenio Israelitarum Aegyptiacorum, Vitembergae MDCCVII Nonis Septembr. pro summis in theologia honoribus impetrandis recitata. pag. 381 — 404. Dicit enim p. 394: „Tantum abest, ut Israelitas Aegyptiacos hebetem, rudem, brutum stolidumque populum fuisse concedamus, ut potius idoneis rerum argumentis confirmati, existimemus, vix ullam istius aevi gentem sagaciorem, vel sapientiorem exstitisse." Sed argumenta, quibus confirmatur Deulingius, videntur parum idonea nobisque magis demonstrant oratoris cum poeta necessitudinem, quam Israelitarum Aegyptiacorum sagacitatem et sapientiam. Nam fingit, cum Aegyptii tum temporis ingenii, rerumque inventarum laude excelluissent, verisimile esse, Israelitas eos in disciplinis addiscendis, novis artibus inveniendis, inventisque expoliendis et amplificandis aemulatos esse, cum

Iamvero in hac gentis hebraicae mala conditione cum rex Aegypti compertum haberet, id quod speraverat, haud evenire, neque Hebraeos onerum gravitate debilitari, non humanitate ac benignitate sibi eos obstringens saluti imperii consulit, sed, qua sunt tyranni, immani crudelitate et scelesta impietate crimina cumulat. Iubet enim Puam et Sophram, duas obstetrices [21]), quarum

praesertim viris multarum scientiarum, medicis videlicet, mathematicis et astrologis, iidem honores in Aegypto delati sint, qui sacerdotibus illius gentis exhiberi solebant. Deinde evicturus, servitutem Aegyptiacam adeo gravem non fuisse, ut Israelitas omni animi laxamento privaret, ingenia labefactaret, omnesque mentis vires et facultates immutaret, pergit p. 395 ita: „Audiamus ipsos Israelitas. Hi enim, in libertatem asserti, et ex Aegypto, tanquam ex fornace ferrea educti, sponte fatentur, sibi in Aegypto bene fuisse. (Numer. 11, 18.) Nec aliam ob caussam de reditu toties cogitarunt." Ex his autem, si recte cognitum habes locum Numer. 11, 18—20. et cum eo contuleris Exod. 16, 3. nihil aliud perspicies, nisi id, Hebraeos, appetituum vi tractos, omnem ingenui animi sensum deposuisse et tam rudes fuisse, ut carnis edendae caussa mallent iugum servile ferre, quam diutius liberi esse.

21) Viri docti de genere earum varie cogitarunt. Alii eas habent genere Hebraeas, alii Aegyptias. Illi provocant ad nomina earum Hebraica, quae Abarbenel indicat esse officiorum nomina; שִׁפְרָה

memoriam adhuc renovat pia grataque mens Iudaeorum, infantes virilis sexus, cum parientibus

---

enim, quasi מַשְׁפִּירָה significare obstetricem, infantem componentem et adornantem, quae igitur partus curam in se susceperit; פּוּעָה a פָּעָה, quod Ies. 42, 14. de clamore puerperae dicatur, obstetricem, puerperam verbis, voce roborantem, confirmantem et adiuvantem. Deinde monent iidem, Ex. 1, 15. eas vocari לַמְיַלְּדֹת הָעִבְרִיֹּת obstetrices Hebraeas, dicique Ex. 1, 17. deum timuisse. Denique nec viros nec mulieres populi Aegyptii ita familiariter versatas esse cum alienis, ut se eorum caussa polluissent. Vid. *Gottl. Fr. Gudius* in diss. de Hebraica obstetricum origine, quae Ex. 1, 15. ss. commemorantur. (Lipsiae 1724.) 4. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad h. l. — Ii, qui illas ortu Aegyptias credunt fuisse, abierunt ad partes LXX. interpretum, qui vertunt: ταῖς μαίαις τῶν Ἑβραίων, Vulgati et Iosephi in Antiqq. 2, 9. 9. „Ἑβραίων γυναικῶν τοκετοὺς παρατηρεῖν τὰς Αἰγυπτίων μαίας· ὑπὸ γὰρ τούτων αὐτὰς ἐκέλευε μαιοῦσθαι, αἱ διὰ συγγένειαν ἔμελλον μὴ παραβήσεσθαι τὴν τοῦ βασιλέως βούλησιν.“ Cui opinioni etiam favere videtur, obstetrices, regi rationem reddituras, cur pueros haud necassent, dixisse Ex. 1, 19: Hebraeas mulieres non esse Aegyptiarum instar. Nam inde elucet, eas prius cognitas habuisse puerperas Aegyptias, quam Hebraeas. Neque est credibile, (ut recte observat Iosephus), regem Hebraeis Hebraeorum necem imperasse. Qua de caussa putamus, has obstetrices fuisse genere Aegyptias et quidem principes sive praefectas obstetricum et Aegyptiarum

opem ferrent, occidere filiasque modo vivas conservare [22]). Hae tamen, regis immanitate vehe-

---

et Israelitidum; neque enim duae obstetrices numerosae genti Hebraicae poterant sufficere, et totum ordinem obstetricum arcessere, non fuisset regium, cum regem per praefectas deceret reliquis mandata dare. — Quod attinet autem illorum argumenta, non sunt ea, quae nostram sententiam plane reiicere possent. Poterant enim nomina obstetricum Aegyptia hebraice transferri eo magis, quod illis temporibus nomina Orientalium fere omnia rerum, quae evenerant, memorabilium significatum quendam tenebant. Vid. Gen. 16, 11. 19, 37. 21, 36. 30, 6. Iob. 42, 14. 2 Sam. 12, 25. Cfr. *Seetzen* in Zachii *Corresp.* 19, 214. Quare non prorsus displicet Abarbenelis nominum Sophra et Pua explicatio. Deinde haud scio an לַמְיַלְּדֹת הָעִבְרִיֹּת possit idem significare, quod לַמְיַלְּדֹת אֶת־הָעִבְרִיֹּת, cum LXX interpretes vertant: „ταῖς μαίαις τῶν Ἑβραίων,“ neque tum hodierna nostrorum ἀκρίβεια in scribendo semper observata sit. Neque praeterea obstat, obstetrices deum timuisse Ex. 1, 17. וַתִּירֶאןָ הַמְיַלְּדֹת אֶת־הָאֱלֹהִים; id enim referre videtur scriptor suo iudicio, veluti in honorem dei declarans, cur ita haec fecissent obstetrices. Argumentum denique, Aegyptios cum alienis non familiariter versatos esse, nihil valet, quia obstetrices non suam ipsarum, sed regis voluntatem sequi debebant. — Pseudo-Ion. putat, has obstetrices fuisse Iochebetam, matrem Mosis, et Mariam (מרים), sororem Mosis.

22) Ex. 1, 16. — Thevenotus in Itiner. suor.

menter perturbatae et deo magis obtemperantes, quam homini, (Exod. 1, 17.) quae iussa erant, exsequi omittunt, prudenter causantes, mulieres Hebraeas non esse comparandas cum Aegyptiis, quibus longe sint robustiores [23]); quare fieri, ut ante pepererint, quam obstetrix ad eas venerit. — Aliam caussam huius iussi Pharaonis excogitarunt Rabbini in Gaulminii vita Mosis p. 1.: „Pharaoni, inquiunt, dormienti somnium visum est:

Commentar. P. II. p. 98. refert, Persarum reges infantes masculos, quos ipsorum cognatae pariant, ne adulti forsan ipsis insidias struerent, statim post partum in labris lapideis, in quibus recens nati lavari soleant, necari iubere. Quare fuerunt, qui coniicerent, Hebraeos pueros eodem modo necare obtsetrices iussas esse. Vid. *Rosenmülleri altes und neues Morgenland* t. I. No. 87. p. 255. et b. *Vateri Commentar über den Pentateuch* tom. II. ad Ex. 1, 16. sub voce אָבְנַיִם.

23) Exod. 1, 19. חָיוֹת exponit *Aben-Esra* יש להן כח חיים i. e. *quibus robur vitae inest; Onkelos* vertit אֲרֵי חַכִּמָן אִינִין *nam sapientes sunt* i. e. obstetrices, ut apud Gallos vocantur *sages femmes*: *Iarchi* tradit, veteres doctores חָיוֹת explicasse משולות לחיות השדה שאינן צריצות מילדות *similes sunt bestiis agri s. feris, quae nullis egent obstetricibus*. Vid. *Rosenmüller*. scholia in Exod. I. 1. In *Gaulminii* ed. Vit. M. p. 4. idem narratur: „*Regi responderunt* (sc. obstetrices), *mulieres Hebraeas feris animantibus esse persimiles, quae earum instar obstetricibus non indigerent.*“

senex coram eo stabat, manu libram gestans, cuius in altera lance universa Aegyptus, pueri foeminaeque conspiciebantur in altera; puer lepidus erat, qui solus toti regno praeponderavit. Rex, dum rei miraculum animo versat, protinus vocatis sapientibus magis illud exposuit. Attoniti omnes pavidique stabant, cum aliquis ex proceribus magnum hoc somnio Aegypto damnum terroremque portendi docuit. Puer hic, inquit regi percontanti, Iudaeus est, qui hoc regnum gravissimo infortunio mactabit. Itaque si mihi credis, Iudaeorum omnes filios interfici curabis. Hoc fortassis consilio pueri fatis obsistere licebit somniique decolabit eventus. Placuit Pharaoni Iudaeasque obstetrices vocavit etc.“ Simili narratione Iosephus in Antiqq. II. 5. 9. recedit ab Exodi relatione; refert enim, „τῶν ἱερογραμματῶν quendam, quorum praedictionibus homines tum multum tribuissent, regi quondam praenuntiasse, inter Israelitas hoc tempore virum exstiturum, qui graviter atque aegre res Aegyptiorum affligeret, Israelitas evecturus et sic magnam sibi gloriam paraturus. Quo huius viri vaticinio perterritum, iussisse regem obstetrices Hebraeorum vocari.“ Cui harum narrationum assentiamur, iudicare non est difficile, modo comparaverimus id, quod verisimile est, cum figmentis.

Sed redeamus ad obstetrices; illarum quippe beneficio ac pietate Hebraeis contigit, ut familiae non opprimerentur, augerentur potius et

multiplicarentur [24]). Rex autem, quod coeperat, puerorum necandorum consilium minime mutavit. Nam quod per obstretices non poterat assequi, id per totam gentem [25]), quae erat hostili

---

24) Exod. 1, 21. וַיַּעַשׂ לָהֶם בָּתִּים *et fecit iis domos.* Erant, qui בָּתִּים prima significatione acciperent et לָהֶם per generis enallagen pro לָהֶן ad obsterices relato, domos obtestricibus exstructas ab Hebraeis intelligerent. Sed quoniam 2 Sam. 7, 11. Ruth. 4, 11. בַּיִת familiam significat et phrasis *aedificare domum: familiam sobole augere et stabilire*, itemque pronomen masculinum לָהֶם aptius ad populum Hebraeum עָם utpote collectivum versu praecedente refertur atque sic versus sequens melius annectitur: nullus dubito, quin לָהֶם ad populum Hebraeum referam hoc sensu: quum pietate obstetricum fieret, ut Deus illis, hebraeo populo, familias augeret, iussit Pharao populum suum etc. Vid. *Frid. Guil. Krafft* in commentat. de pietate obstetricum, qua Deus domos dicitur aedificasse Israelitis Exod. 1, 20. 21. (Ienae 1744.) 4. Alii perperam statuebant, Pharaonem proprias domos obstetricibus exstruxisse, quibus exire iis non licuerit, ubi mulieres Hebraeas parturientes exspectaverint, quae iussu regis adductae fuerint, ut hac ratione Aegyptii una cum illis cognoscerent, filiusne an filia nasceretur. Vidd. *Rosenmülleri* Scholia ad Exodum p. 22.

25) Exod. 1, 22. וַיְצַו פַּרְעֹה לְכָל־עַמּוֹ Hic loci est veritatis traiectio. Nam ex antecedentibus Ex. 1, 10 apparet, regem voluisse tantummodo

animo in Hebraeos, factum voluit, imperans, ut filii Hebraeorum[26]), quotquot nascerentur, ab ea in fluvium[27]) proiicerentur[28]). In qua re idem

Hebraeos diminuere neque exstirpare; ex consequentibus, Exod. 12, 37. Hebraeos non esse diminutos, sed multiplificatos. Quod fecisse scriptor videtur, quoniam nominatim dicere non poterat quibus rex hoc iussum exsequendum mandaverit. Ceteroquin cfr. Ex. 1, 9, ubi rex loquens inducitur אֶל־עַמּוֹ *ad populum suum*, ut videtur, eadem de caussa. Inde facile iudicare est, עַמּוֹ denotare eos, qui a partibus regis stabant ideoque patet, regem vel per consiliarios, vel per satellites suos, quae iussit, perficienda curasse, neque vero per totum populum, id quod maxime offendit *de Wettium*. Vid. infra.

26) Quia Exod. 1, 22. legitur כָּל הַבֵּן הַיִּלּוֹד neque הַיִּלּוֹד לָעִבְרִים existimarunt nonnulli, quorum opinionem e Gemara refert Iarchi (V. Tractat. Talmudic. Sota a *Wagenseilio* edit. p. 256.) Pharaonem iussisse omnes omnino pueros recens natos, Aegyptiorum quoque in fluvium proiici. Ea die scilicet, qua natus sit Moses, monuisse astrologos Pharaonem, se didicisse ex astris, hac ipsa luce natum esse liberatorem Hebraeis, verum id se non habere perspectum, num Aegyptiis, an vero Hebraeis parentibus genitus sit. — Sed non est, cur has nugas refutemus.

27) Ut Italis *urbs* Romam, ἄστυ Atticis Athenas, *rex* Cornelio Nepoti, et Graecis βασιλεύς regem Persarum, et *Pharao* Aegyptiis regem significabat: sic Nilus, maximus Aegypti fluvius, *Jaro* (Jero) i. e.

fecerunt Aegyptii, quod Lacedaemonii in Helo-

---

fluvius pronuntiabatur. Vid. Jablonskii Panth. Aeg. lib. IV. c. 1. §. 2. et opusc. P. I. p. 92. — Quare in scriptura s. appellatur נְהַר מִצְרַיִם ,יְאֹר Genes. 15, 18. et a Graecis ποταμός. In Aethiopia, dum illam peragrat, vocatur *Siris*, et ubi ad fines Aegypti pervenit, Nili nomen consequitur. V. Plinius in lib. V. c. IX. — Ob nigricantes aquas *Siohor*, שִׁיחוֹר sive *Sior* i. e. niger, a Graecis Μέλας et a veteribus Latinis *Melo* dictus est. Vid. Ierem. 23, 3. Io. Gerh. Voss. de origine Idol. lib. II. c. 74. p. 346. et *Jablonsky* l. l. — Homerus Od. XIV, 258. nuncupat eum Αἴγυπτον; Diodorus ob aquae fertilitatem πολυγόνον et Theophrast. apud Athenaeum πολυγονώτατον. Nili nomen derivant alii, sequentes Champollionem in libro l'Egypte sous les Pharaons I, 138. II, 338, *a* ΝΕΙΑΛΗΙ i. e. *fluvius, qui certo tempore adscendit*, alii a נַחַל torrente. A descensu dicunt eum vocatum esse φρουρῶν. V. Eratosthenis catalog. reg. Thebaeor. XXXVII. „Θηβαίων ἐβασίλευσεν Φρουρῶν, ἤτοι Νεῖλος.“ Cfr. Iablonskii Pantheon I. lib. IV. p. 160.

28) Mirum est, regem iussisse pueros Hebraeorum Nilo mergi; quippe enim aqua eius, quam Aegyptii omnis fertilitatis genitricem sancte coluerunt (Vid. Philo de Vit. Mos. lib. 1. p. 617. C. ἐπειδὴ γὰρ τὸ ὕδωρ Αἰγύπτιοι διαφερόντως ἐκτετιμήκασιν. Plutarch. de Iside et Osir. p. 353. Maximus Tyrius diss. XXXVIII. Propert. lib. I. eleg. VIII.) hoc modo crimine contaminabatur. Num ergo hoc factum sit Deo pueris Hebraeorum bene prospiciente, ut religiosi Aegyptii regis iussum, Nilum dehonestans, valde detesta-

tas lege *Κρυπτίᾳ*, qua, ut Plutarchus in Lycurgo memoriae reliquit, *τῶν νεῶν οἱ ἄρχοντες διὰ χρόνου τοὺς μάλιστα νοῦν ἔχειν δοκοῦντας εἰς τὴν χώραν ἄλλως ἐξέπεμπον ἔχοντας ἐγχειρίδια καὶ τροφὴν ἀναγκαίαν· οἱ δὲ μεθ᾽ ἡμέραν μὲν εἰς ἀσυνδήλους διαςπειρόμενοι τόπους, ἀπέκρυπτον ἑαυτοὺς καὶ ἀνεπαύοντο, νύκτωρ δὲ κατιόντες εἰς τὰς ὁδοὺς τῶν Εἱλώτων τὸν ἁλισκόμενον ἀπέσφαττον.*

Quodsi regis imperio dicto audientes illi fuissent, nae tum tota gens Hebraeorum emortua esset. Obstitit autem eius immani tyrannidi numen Dei. Namque etsi scriptores et sacer et profani vix leviter tetigerunt, quomodo, quot annos et a quibus nominatim illud Pharaonis mandatum sit peractum: tamen sunt caussae, quae necessario in animum cogitationem inducunt, id neque graviter vim suam exseruisse, neque multos annos durasse. Altera est haec, quod Pharao gentem Hebraeam, sibi suisque tam utilem in agris colendis atque in aedificiis exstruendis, ab initio noluit occidione occidere, sed tantummodo imminuere. Exod. 1, 10. Regem igitur postea hoc

rentur, aut, si qui non essent religiosi, iis haec res in iusso regis celeriter exsequendo negotium facesseret, an rege superstitioso volente, ut quasi hostiis humanis Nilus coleretur, (quomodo etiamnum, si recte memini, Indi Gangi, quem religiosissime colunt, sacra faciunt) coniiciendo quaero, verum historice demonstrare non possum.

respexisse, facili possumus negotio coniicere, eoque magis, quod, si regium iussum diu valuisset, intelligi non posset, quomodo Hebraei usque ad emigrationem tantopere aucti essent, ut in exitu eorum sexcenta millia hominum aetate militari numerarentur. Exod. 12, 37.

Altera caussa in eo cernitur, quod non est credibile, omnes Hebraeos sibi adimi filios passos esse. Nam etiamsi verum est, plurimos eorum fuisse, qui, Helotarum instar, servi Aegyptiorum facti et temporis decursu muneris oneribus assuefacti gravissima mala tolerarent, ne, ut eventu comprobatum est, (Exod. 16, 3.) ollis carni coquendae factis et annonae beneficio carerent: tamen aliqua cum veri specie colligi potest, Hebraeos, si ad se omnes scivissent regis iussum pertinere, summo cum vitae periculo omnique virium annisu filios a cuiuscunque impetu defendisse, ideoque regem, quam funditus exstinguere voluit, seditionem potius concitasse et maturasse. Putamus enim, Israelitas non omnes intra fines Gosenitidis mansisse, sed etiam extra eam cum pecudibus Nomadum more et quum terra Gosen, etsi fertilissima, tantam hominum multitudinem nullo modo capere et alere posset, sese explicasse [29]). Itaque verisimile est, regis iussum

29) Vid. 1 Chron. 7, 21; — *Beer Abh. zur Erl. der alten Zeitr. u. Gesch.* tom. I. p. 124. ss. *J. D. Michaelis* in notis ad Ex. 12, 37. *Eichhorn in*

de iis datum esse, qui, Aegyptiis subditi neque aliqua necessitudine cum exteris suae gentis pastoribus coniuncti, (id quod sibi suisque periculosum fore, ut supra vidimus, rex arbitratus est. Ex. 1, 10.) ad resistendum erant infirmiores [30]).

---

der allgemeinen Bibliothek der bibl. Litteratur P. I. fasc. IV. p. 657. ss.

30) Quocirca non recte iudicaverint *G. L. Bauer* in commentatione: *über das Mythische in der frühern Lebensperiode Mosis.* (vid. *Gableri neuestes theolog. Journal.* tom. II. fasc. 3. pag. 225 - 241.) et in libro: *Hebr. Mythologie d. A. u. N. Test. mit Parallelen aus der Mythologie anderer Völker, vornehmlich der Griechen und Römer* tom. I. (Lipsiae 1802.) et *de Wette* in libro: *Kritik der Israel. Geschichte.* tom. I. p. 173. s. — Dicunt enim, omnia, quae de Mose puero narrentur, iam a fundamentis vacillare et claudicare. Quod *Bauerus* l. l. p. 228. ita defendit: *„Pharao gibt den Befehl, alle hebr. Knaben zu tödten, und da die Wehmütter dieses nicht befolgen, lässt er sie alle durch Aegyptier ersäufen. Welcher unsinnige Befehl! Er fürchtet Empörung und dennoch musste er sie dadurch befördern. Und diese Nation verhält sich leidend und ruhig dabei? Die Israeliten waren ein Nomadenvolk und die Aegyptier sollen die neugebornen Knaben in den Nil werfen? Pharao will diese Nation ausrotten, und hernach weigern sich die Aegyptier, es ausziehen zu lassen;"* *de Wette* autem in libro l. c. p. 173. hoc modo disputat: *„Wer ist das ganze Volk, dem Pharao befiehlt; die Aegyptier? Dann wäre Pharaos Be-*

Haec autem brevi ante Mosen natum Hebraeis accidisse, non est, quod dubitemus, et,

---

fehl gewiss sehr unordentlich vollzogen worden. War es dem Pharao mit diesem Befehl Ernst, so hätte er für die Vollziehung gewiss besser gesorgt, vielleicht durch eigne, dazu bestellte Leute. Dieser Vertilgungsversuch muss aber auch gänzlich missglückt seyn, da bei dem Auszuge 600000 streitbare Männer gezählt worden seyn sollen, die ja alle in dieser Periode geboren seyn müssten. Wie will man diess zusammenreimen? Haben alle Israeliten, wie Moses Mutter es gemacht und ihre neugebornen Knaben heimlich auferzogen, oder wurde Pharaos Befehl gänzlich vernachlässigt? Einem konnte gelingen, was nicht allen gelingen konnte. — Was nun die sonderbare Jugendgeschichte Moses betrifft, so ist sie schon verdächtig in ihrer Basis, indem sie nämlich ganz auf diesem so sehr zu bezweifelnden Vertilgungsversuche der Israeliten ruhet. Aber nehmen wir nun an, dass jener mörderische Befehl wirklich gegeben und vollzogen worden, (was nach der Erzählung vorausgesetzt wird) so müsste doch Pharao Anstalt getroffen haben, dass er ordentlich vollzogen würde, und die Mutter Moses fürchtet ja die Vollziehung an ihrem Sohne. War diess aber, so musste es sehr schwierig seyn, das Gesetz zu hintergehen etc.“ Qui viri doctissimi recte quidem fecerunt, quod dubitarunt, sed male, quod dubitando verum non invenerunt. Nam e verbis *Baueri* elucet, eum statum Israelitarum in Aegypto non satis habuisse cognitum ac perspectum et perperam iudicasse pastores migrantes liberosque homines eos, qui tamen

quia nihil est memoriae proditum, quod interea evenerit quodque timuerint Mosis parentes Aaroni

---

erant servi Aegyptiorum, oneribus graviter depressi operarumque cincti praefectis. Idem non recte videtur hoc respexisse, emigrationem Hebraeorum multo post prohibuisse alium Pharaonem, atque inde facile concludi posse, eum Pharaonem quoque, qui pueros Hebraeorum occidi iusserit, sibi et indigenis Aegyptiis tam utiles homines neque voluisse neque potuisse plane exstirpare. — De Wettium autem, virum celebratissimum, quominus sequamur, nos impedit egregium ipsius praeceptum, in libro l. p. 8. s. ita datum: *„Für die Geschichte muss gefunden seyn, nicht erfunden. — — Auch innerhalb einer einzelnen Relation selbst gibt es einen Pragmatismus. Es gibt Fälle, wo nach einer gewissen Analogie unrichtige Vorstellungen und Ansichten, falsche Combinationen und Deductionen berichtigt, auch wohl Lücken, welche der Erzähler gelassen, ausgefüllt werden können, mit einem Wort, wo der Historiker von der Relation abweichen, und an die Stelle der Ansicht des Referenten die seinige setzen darf. Aber dergleichen Resultate bescheide man sich für etwas anders, als für Vermuthungen und subiective Vorstellungen zu geben. Man kann ihrer nicht ganz überhoben seyn; allein man sei damit behutsam und sparsam, damit man nicht die Geschichte entstelle und verfälsche. Iede Vermuthung, wenn sie haltbar seyn soll, muss doch gewissermassen in der Relation begründet seyn und sich auf irgend was Historisches stützen, man darf darin nie historischen*

filio, maiori natu, et, quia non est probabile, sicut supra demonstravimus, Pharaonem puerorum necandorum imperium diu exhibuisse.

§. 2.

Natales, nomina et genealogia Mosis.

Moses, filius Amrami et Iochebedae, stirpe Levitica [51]), natus est, si recte suspicamur, circa

---

Grund und Boden verlieren. Vermuthungen, die wieder nur auf Vermuthungen ruhen, sind Luftgebäude, die in sich selbst zusammenstürzen." — p. 11. "*Unabwendbar strenge Treue gegen die Relation ist demnach das grosse Gesetz, dem der Historiker in jedem Augenblick Gehorsam leisten muss. Mit Freiheit darf er sie benutzen aber sie nicht verlassen, oder gegen sie verstossen.*" Neque igitur, si quid sacer scriptor sive de industria, sive quod eum latuit, omisit, malae fidei accusandus erat, praesertim si illud est eiusmodi, quod facile suppleri et e contextae narrationis serie coniectura bene perspici possit. Nam lacunarum exemplis referta est fere omnis rerum gestarum memoria: igitur, ne tota historia vacillet, tuum est, ubi in divortia narrationum incideris, videre, quo possis firmo ponte utrumque coniungere.

51) V. Exod. 2, 1. 6, 20. — Eum chaldaicae originis fuisse, commemorant Iutinus M. in Cohortatt. ad gent. 11 et Clemens Alexandrin. in stromatt. l. I. p. 342. ed. Sylb. — Haec sententia inde orta est, quod Ur Chaldaeorum fuit patria Abrahami Genes. 11, 31. et pars Mesopotamiae borealis olim

annum DCXL post Abrahamum natum, vel a. CCCL ex Hebraeorum in Aegyptum demigratione [52]),

---

dicebatur etiam terra Chaldaeorum. V. Xen. Anab. 4, 3. 4. *Schloetzer von den Chaldäern*, in *Eichhornii Repertorium für bibl. u. morgenl. Litt.* St. 8. p. 136. *Wineri bibl. Reallex.* sub voce *Chaldäa* et *Kuinoel* in Commentar. ad acta App. p. 226. Iustinus in historr. Philipp. lib. 36, 2. haec tradidit: „*namque Iudaeis origo* „*Damascena, Syriae nobilissima civitas.* — *Post* „*Damascum Azelus, mox Adores et Abraham et* „*Israel reges fuere.*" Fides sit penes auctorem.

52) Varia circa haec opinio est, ad quam infra redibimus. Alii enim statuunt, Hebraeos CCXV annos, alii, CCCCXXX in Aegypto habitasse. Nos, ut nunc reliqua linquamus, hanc computandi rationem secuti sumus:

1. Abrahamus natus.
75. Abram. Charane egressus est. Gen. 15, 4.
100. Natales Isaaci. Gen. 21, 5.
140. Genes. 25, 20.
160. Esavi et Iacobi natales Gen. 25, 26.
175. Abram. mort. Gen. 25, 7.
200. Genes. 26, 37.
207. Genes. 29, 20.
220. Genes. 31, 38.
280. Isaac. mort. Genes. 35, 28.
290. Iacobi demigratio in Aeg. Gen. 47, 9.
720. Hebraeor. egress. ex Aeg. Exod. 12, 40. cll. Num. 33, 38. Deut. 34, 7.

Ab his tantummodo in eo recedunt a nobis Des-Vignoles et *F. Guil. Beer*, quod minorem annorum nu-

sive in tractu Gosenitico, tum adoptiva Abrahamidarum patria, sive in aliquo regis Aegypti inferioris oppido, quod illi vel exstruebant, vel muniebant, sive in alio quovis loco, ubi tum agriculturae caussa parentes eius morabantur.

Praeter hoc nomen eius compluria alia reperiuntur, quae ei imposita traduntur a parenti-

---

merum, quos Hebraei habitarunt in Aegypto, accipiunt. Namque ille in libro: Chronologie de l' histoire sainte (Berolini 1738) lib. 1. §. 25. p. 130. non secus quidem ac nos computat ab Abrahamo nato usque ad Iacobi in Aeg. demigrationem, sed deinde abit in computando ad partes Flavii Iosephi: „*a quoi, si l'on ajoûte avec l' historien* „*Joseph, et la plûpart des Chronologistes, 215 ans* „*pour la demeure des Israëlites en ce païs-là* „(scil. in Aegypto), *on trouvera qu'il s'est passé* „*505 ans, depuis la naissance d' Abraham jusqu'* „*à la sortie d'Egypte.*" Hic in libro: *Abhandlungen zur Erläuterung der alten Zeitrechnung und Geschichte* (Lipsiae 1752.) t. 1. p. 106 — 134. *von der Aegyptischen Dienstbarkeit der Israeliten* dicit, inde a Josephi adventu in Aegypto, anno CCXXX post Abr. n. facto, ad mortem Mosis praeterlapsos esse CCCCXXX, annos ideoque Mosem natum esse anno DXXXIX post Abr. natum. Quae Beerii sententia nititur hac explicatione Exod. 12, 40: „*Die ganze Zeit der Wanderschaft* „*der Kinder Israel nebst ihrem Verweilen in Aegypten beträgt 430 Jahr.*" Vid. l. l. p. 120. Eam autem simplici et aperto verborum textus Hebraei sensui adversari, sponte apparet.

bus et cognatis [33]). A *patre* Moses fertur nominatus *Chaber*, חָבֵר, quod, derivatum a חָבַר, *coniunctus sum*, significat *socium*, Iudd. 20, 11. Cantic. Cantt. 1, 7. 8, 13. Itaque putaverim, Chaber esse Mosen κατ᾽ ἐξοχὴν dictum socium sive amicum dei, quomodo Philo Iud. eum nuncupat p. 1064 et 1077. Rectius tamen videtur cum Hieronymo [34]) pronuntiandum esse *Cheber*, חֶבֶר, quod denotat *consotiationem*, *coniunctionem* Hos. 6, 9. Proverbb. 21, 9. et nomen proprium est filii Briae Genes. 46, 17. Num. 26, 45. 1 Chron. 7, 31. filii Elpaalis 1 Chron. 8, 17. filii Maredi 1 Chron. 4, 18. — A *matre* dicunt eum appellatum esse: *Iecutiel* יְקוּתִיאֵל i. e. *praemium dei* ex יְקוּת a rad. Arab. وقى, Aethiop. Conj. IV. *constituit praemium* (*certantibus*).

---

33) Vid. R. Gedal. in שלשלת הקבלה p 11 b. — I. H. Hottingeri historia orient. p. 52.

34) t. IV. p. 115 in quaest. sive tradit. hebr. in paral., ubi haec dicit allegorice interpretans: „*Iaered*, *descendens*, quod de monte descenderit; „*Ieter*, *sepes*, eo, quod quasi quadam sepis lege „circumdederit populum; *Cheber*, *iunctor*, quod po„pulum Dei servitio iunxerit; *pater Socco* i. e. *pro„phetiae*, quod ipse sit doctor prophetarum; *Iecu„tiel*, *sperans in Deum*, quod spem habuerit, li„berandi populum de Aegypto, sive quod spe pa„rentum de aquae periculo liberatus sit; *pater Zo„nah*, gubernator, quod doctrina sua quotidie gu„bernaret."

Cfr. Gesenius in lex. sub voce יְקֻתִיאֵל et Ioh. Simonis Onomast. V. T. p. 501. Nomen proprium hoc est filii Maredi 1 Chron. 4, 18. A *sorore: Ieter* יֶתֶר i. e. *excellentia*, Genes. 49, 3. sive *sepes*, sicuti Hiob. 30, 11. in Chetib יִתְרוֹ פִתַּח. Fuit hoc nomen primogenitis conveniens Iudd. 8, 20. 1 Chron. 2, 32. 4, 17. 7, 38. Itidem nominatur socer Mosis. A *fratre: Abi-Zanoach* אֲבִי זָנוֹחַ i. e. *pater dissitus*. Alias hoc nomen reperitur 1 Chron. 4, 18. Ios. 15, 34. 56. Nehem. 3, 13. 11, 30. 35). A *Kehatho: Abi-Socco* אֲבִי שׂוֹכוֹ i. e. *pater sepimenti*, sive *firmi munimenti*, a rad. שׂוּךְ *sepire* Hiob. 1, 10. Idem nomen proprium occurrit in Ios. 15, 35. 48. 1 Sam. 17, 1. 1 Regg. 4, 10. 2 Chron. 11, 7. 28, 18. Ab *Israele: Schemajah* שְׁמַעְיָה i. e. *exaudivit dominus;* nomen multis commune, 1 Chron. 3, 22. 4, 37. 5, 4. 9, 14. 16. 15, 8. 11. 23, 6. 26, 4. 2 Chron. 11, 2. 12, 5. 17, 8.

---

35) In Rabb. V. M. ed. Gaulmin. p. 7. narratur hoc: „*multis, audito regis edicto de abiiciendis in Nilum filiis, uxoribus carere visum est, atque inter eos ipsi Amram, donec post tres annos spiritus Domini super Mariam effusus est, quae prophetissans, ecce, inquit, patri et matri meae filius nascetur, qui Israel de manu Aegypti liberabit. Persuasus hoc vaticinio, Amram revocata post triennium coniuge usus est.*“ Idcirco p. 10 caussa huius nominis redditur haec: „*quia propter eum Amram Iocebed advocavit, quam dimiserat.*“

29, 14. 31; 15. 55, 9. 1 Regg. 12, 22. et alibi. Praeter Hieronymum, quem supra vidisti, haec nomina allegorice interpretatus est *anon. Rabb. de vita M. p.* 9. hoc modo: *„Pater eum Cheber vocabat, quia eius caussa uxorem iterum sibi sociaverat; mater Iechotiel, quia eum lactaverat; amita Iared, quia expositi eventum observatura Nilum prope descenderat; Aaron Abi-Zannach, quia propter eum Amram Iocebed advocavit, quam dimiserat; Kehat Abigedur, quia Deus eius ergo rupturam clausit, nec de proiiciendis in Nilum Hebraeis amplius cautum; nutrix Abi-Suco, quia illum in tugurio Deus ab Aegyptiorum rixa occultum servaverat. At Israelitae caeteri Schemaja, quia in diebus eius clamores illorum dominus audiverat.“*

Sed longum est neque operae pretium, in eorum explicatione diutius versari.

Porro vocatur Moses *Tobijah*, טוֹבִיָּה, *Τωβίας*; i. e. *bonus est dominus*; et *Sopher* סוֹפֵר. Illud nomen Mosis haud dubie ortum est verbis Exod. 2, 2: כִּי טוֹב הוּא *nam bonus ille*; refertur enim in Bartolocc. Bibl. Rabb. IV. p. 122 hoc: *R. Iudas, bar Elaai, Mosen nomen Tobiae habuisse dicit, quia Exod.* 2, 2. כִּי טוֹב הוּא *dicatur, sed legit pro his* כִּי טוֹבִיָּה הוּא." Hoc, a סָפַר deductum, videtur significare sive *scribam* Ps. 45, 2., sive *legis peritum*, Esr. 7, 6. Nehem 8, 1. ss. sive *ducem exercitus* 2 Regg. 25, 19. Iudd. 5,

14. Ierem. 52, 25. Quae utcunque intelligi velis, bene valent in Mosen.

Isa, bar Ali, Syrus, Mosis trinominis meminit: ܡܘܫܐ i. e. ܡܫܐ ܡܢ ܡܝܐ *liberatus ex aquis;* ܦܠܛܝܐܝܠ i. e. ܦܠܛܢܝ ܐܠܗܐ *libera me deus;* et ܡܡܠܟܝ i. e. ܐܡܠܟ ܐܠܗܐ *regnare fecit deus.*

Clemens Alex. in stromatt. I. p. 443 narrat [36]: Mosem in circumcisione accepisse nomen *Ἰωακείμ*, hebr. יְהוֹיָקִים, contractum יוֹיָקִים Neh. 12, 10. 12, 26. atque יוֹקִים, extrita syllaba ָ 1 Chr. 4, 22. quod transferendum est: *Deus subsistere faciat;* eundemque e sententia Mystarum in coelo vocari *Μελχί* hebr. מַלְכִּי i. e. *meus rex.*

Praeterea duo nomina Mosis Aegyptiaca memoriae prodita sunt: *Μωνί* et *Ὀσαρσίφ.* Illius in *anon Rabb. V. M. ed. Gaulm. p.* 195. haec redditur ratio: „*Μω* est Aegyptiis *aqua* et *νι* est *ἐκ*; igitur *Μωνιος* est *ex aqua*.“ Qua cum discrepat *P. E. Iablonskii* sententia, in opuscc. t. I. p. 148. prolata. Coniicit hic, *Μωνί* esse depravatum ex Aegypt. *Αμωνι*, quod significet

36) „δῆλον οὖν, ὡς ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ, περιτμηθέντι „τῷ παιδίῳ οἱ γονεῖς ἔθεντο ὄνομα τί· ἐκαλεῖτο δὲ Ἰωακείμ· „ἔσχε δὲ καὶ τρίτον ὄνομα ἐν οὐρανῷ μετὰ τὴν ἀνάληψιν, „ὥς φασιν οἱ μύσται, Μελχί.“

dascere et *pastorem.* Verum maxime nobis arridet *Kircheri* opinio, in prodrom. Copt. p. 137 obvia, *Μωνι* esse ortum ex *Μω*, aqua, et *ινι*, ducere, educere, ita ut denotet *ex aqua eductum*, sitque nomini *Μωσῆ* affine. Quod idem congruit Aben Esrae in Exod. 2, 10. dicenti: "שם משה מתורגם מלשון מצרים בלשון הקדש ושמו בלשון מצרים היה מוניוס וכך משה כתוב בספר עבודת האדמה הנעתק וגו׳:" *nomen Mosis translatum est ex lingua Aegyptia in linguam sacram; nam eius nomen in lingua Aeg. erat Monios et sic scriptum est in libro de agricultura etc.*

Nominis *Ὀσαρσίφ* Manetho Aeg. apud Iosephum c. Ap. I. §. 26. hanc fecit mentionem: „*λέγεται δ᾽ ὅτι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλόμενος ἱερεὺς, τὸ γένος Ἡλίου πολίτης, ὄνομα Ὀσαρσίφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλίου πόλει Θεοῦ Ὀσιρέως, ὡς μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος, μετετέθη τοὔνομα καὶ προσηγορεύθη Μωϋσῆς.*" Quod quum ex nomine *Ὀσιρέως* sit compositum et voce Copt. *σίφ*, quae vastationem innuat, *Iablonskio* interprete 37) intelligi potest *desolator Osiridis.* — *Gilb. Gaulmin.* in nott. ad libros de vita et mort. Mosis lib. 1. p. 196.

37) In opuscc. t. I. p. 186 s. — Pantheon Aeg. lib. II. c. 1. §. 8. §. 16. et in prolegomenis c. 1. §. 9.

16 *

haec commemorat: „*Osarsiph ad verbum est πῦρσος, atque ideo Mosi inditum, vel quia damnatus ad ignem Abrahami instar evasit, vel quia Iudaeos in catinis ferri in Aegypto combustos produnt, a quo supplicio liberatus fuit, ut ex Akiba Ezechias in commentario Cascuni dicto observat.*"

Arabes Mosem vocant كليم الله Alcor. Sur. IV, vs. 162. propiera, quod locutus est cum Deo.

Moses denique etiam *Alpha* dictus est veteribus orientalibus, quod nonnulli ab *ἀλφός, vitiligo*, derivant et eo Mosi impositum iudicant, quod leprosus agmen hominum, vitiligine laborantium, conflarit, eorumque dux Syriam repetierit. Vid. Sam. Scheureri disquisitio de nom. Mosis ad loc. Ex. II, 10. Hic contra illos nomen illud explicat ex hebr. אָלֶף Mosique competere dicit tanquam populi Israelitici principi, duci eius, ut totius orbis doctori. Aptius autem in eum quadrare videtur gr. *ἄλφα princeps, dux* et hebr. אַלּוּף (denomiuativum voc. אֶלֶף familia) *princeps prosapiae, φυλάρχης.*

Natalem Mosis Rabbinorum traditio [38]) diem septimum mensis Adar, quo eodem die menseque denatus sit, prodidit. Enimvero de tem-

38) Vid. Edm. Castelli lexic. Heptaglott. t. II. p. 2156. et Io. Henr. Othonis lexic. Rabbinico-philologicum p. 441.

pore omnino, nedum de anno et die ob annorum lunarium et solarium cum diversitatem tum obscuritatem certi quidquam definiri nequit. Quare circa nativitatem Mosis magna est discrepantia. Labbé, scriptor eccles. eam refert ad annum mundi 2464, Bellarminus ad annum 2405, Usserius in Annal. ad a. 2483, Vossius in Chron. ad a. 3873; des Vignoles in Chron. ad a. 2373. Hebraei autem omnes eam referunt ad a. mundi 2368 et ante Christ. nat. 1392 [39]), in quo eodem dissentiunt temporum computatores.

Mosen habuisse parentes optimos, affirmat Philo in vita M. p. 603: „πατρὸς δὲ καὶ μη-„τρὸς ἔλαχε τῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς ἀρίστων, „οὓς φυλέτας ὄντας ἡ ὁμοφροσύνη μᾶλλον „ᾠκείωσεν, ἢ τὸ γένος.“ *Amramus*, pater Mosis, ut Fl. Iosephum in Antiqq. II. 5. 9. sequamur laudatorem eius, fuit vir nobilis probus, qui, vehementer sollicitus de publica gentis suae calamitate et uxoris gravidae cura domestica perturbatus, tam arduis tamque assiduis precibus divinum auxilium imploravit, ut Deus per somnium eum iuberet de rebus futuris bene sperare, cum futurum esset, ut filius ei nasceretur, qui populares, servitute graviter perculsos, liberaret ac patris gloriam domesticam impense

39) Ita in Scemoth Rabba sect. I. p. 118, et codice sota p. 12. b.

augeret. *Iochebeda* (*Ἰωαχεβέδη*, *Ἰωχαβέδη* Ioseph in Antiqq. II, 9.) secuudum Exod. 6, 20. fuit *amita Amrami*, דֹּדָתוֹ quod Onkelos reddidit אֲחַת אֲבוּהִי *sororem patris sui*, quam Graeci *πατραδέλφην* appellant, eademque stirpe Levitica generata Amramo nupsit[40]. Quod utriusque matrimonium non admiraberis, quomodo fortasse admirati sunt LXX interpretes, qui legis Mosaicae, Levit. 18, 12. 20, 19. datae, sine dubio habita rationo, דֹּדָתוֹ transtulerunt: „*θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πατρὸς ἀυτοῦ*,“ quae verba in Vulgata expressa sunt: „*patruelem suam*;“ neque enim magis apud Hebraeos ante legum promulgationem Mosaicarum vetitum erat, amitam uxorem ducere, quam apud Graecos sororem germanam Cornelio Nepote teste in Cimonis vita I, 2.[41])

Genealogia Levitarum, Hebraeorum more in solis stemmatibus primariis singulorum nominibus adiectis, Exod. 6, 16 - 25 ita est relata, ut Iacobus fuerit Mosis atavus; Levi abavus; Cahathus avus; Amramus pater; Aaron frater; Miriam soror[42]); nepotes fratris Nadab, Abihu,

40) Exod. 2. 1. cl. Numer. 26, 59.

41) דּוֹדָה videtur latiori sensu accipiendum; nam Levit. 18, 14; 20, 20. significat patrui uxorem.

42) Constat, Hebraeos in genealogiis nomina feminarum tantum non omnia tacere; reperitur autem in codice Upsaliensi, initio seculi XIII. scripto, post

Eleasar, Ithamar; Pinehas pronepos. Ibidem Levi annos CXXXVII, Cahathus CXXXIII, Amramus CXXXVII vixisse feruntur.

Quae annorum computatio, si vere ita se haberet illa genealogia, ad eorum opinionem confirman-

---

verba וְאֶת־מֹשֶׁה Exod. 6, 20. additamentum: וְאֶת־מִרְיָם אֲחֹתָם *et Mirjam, sororem eorum.* Quod ipsum expresserunt LXX et Syrus. — מִרְיָם (Μαριάμμη Ioseph. Μαριὰμ, Μαρία) prophetissa Exod. 15, 20 sqq. Num. 12, 1. Micha, 6, 4. ab amaritudine, (מר), quod vixerit in plagarum seculo, sic vocata traditur. Vid. lexicon Heptaglotton t. II. p. 2129. Eius vaticinandi facultatem perversa traditio exemplo comprobare voluit, narrans, eam ante nativitatem Mosis vaticinatam esse haec: „*mater mea pariet filium, qui liberabit Is-„raelem.* Cum *foret natus*, *addit traditio*; *reple-„tam esse domum luce, prodiisse patrem, et filiam „exosculatum esse super caput atque dixisse: even-„tum habuit prophetia tua. At cum Mosen in „fluvium abiicerent, eam contudisse super caput.*" Vid. *Othonis* lexic. Rabbino-phil. p. 411. — *Iosephus* Antiqq. IV. c. IV. §. 6. de morte eius tradidit haec: „τότε δὴ καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Μαριάμ-„μην τελευτὴ τοῦ βίου καταλαμβάνει, τεσσαρακοστὸν ἔτος „πεπληρωκυῖαν ἀφ' οὗ τὸν Αἴγυπτον κατέλιπε, μηνὸς δὲ „Ξανθικοῦ νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην. Θάπτουσι δ' αὐτὴν δη-μοσίᾳ πολυτελῶς ὑπὲρ τινος ὄρους, ὃ καλοῦσι Σίν." Praeterea vid. *Niemeyeri Charakteristik der Bibel* t. III. p. 357—368. de eius ingenio, et *Buxtorf.* dissert. VI, 414. 418. de eius puteo.

dam plurimum valeret, qui Israelitas in Aegypto per ducentos tantum et quindecim annos dicunt habitasse [43]); contradiceret autem plane Exodi

---

43) Huc pertinet primo *codex Samaritanus*, qui Exod. 12, 40. sic habet: ומושב בני ישראל ואבותם אשר ישבו בארץ כנען ובארץ מצרים וגו' *habitatio autem filiorum Israelis et patrum eorum, qua habitarunt in terra Canaanis et in terra Aegypti, fuit annorum quadringentorum triginta;* deinde *codex Kennicotti 651*, qui post בְּמִצְרָיִם addit: וּבְאֶרֶץ כְּנַעַן וּבְאֶרֶץ גֹּשֶׁן *et in terra Canaanis et in terra Gosenitidis*; tum *LXX interpretes* in codice Vaticano: „ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν κατῴκησαν „ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα; „et in *codice Alexandrino*: ἣν αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν κατῴκησαν κ. τ. λ. — Eandem computandi rationem sequuntur *Paulus apostolus*, statuens in ep. ad Gal. 3, 17. inter foedus, cum Abrahamo initum, et legis Mosaicae promulgationem CCCCXXX annos intercessisse, et multi *chronologi recentiores*, v. c. des-Vignoles, Hessius aliique. Negamus vero in iis esse nominandum Flav. Iosephum, ad quem in hac re plurimi accesserunt. Quamquam enim in Antiqq. L. II. c. 15. §. 2. haecce inveniuntur: „κατέλι„πον δὲ τὴν Αἴγυπτον μηνὶ Ξανθικῷ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ „κατὰ σελήνην, μετὰ ἔτη τριάκοντα καὶ τριακόσια ἢ τὸν „πρόγονον ἡμῶν Ἄβραμον εἰς τὴν Χαναναίαν ἐλθεῖν τῆς δὲ „Ἰακώβου μεταναστάσεως εἰς τὴν Αἴγυπτον γενομένης δια„κοσίοις πρὸς τοῖς δεκάπεντε ἐνιαυτοῖς ὕστερον:“ tamen haec res vacillat, quia Iosephus aliis locis secus sentit. Antiqq. II, c. 9. §. 1. dicit de Hebraeis ab Aegyptiis vexatis: „καὶ τετρακοσίων μὲν ἐτῶν χρόνον

12, 40 affirmationi, eos Aegyptum incoluisse quadringentos et triginta annos.

Ponamus enim, Cahathum CXXXIII, Amramum CXXXVII annum vitae attigisse, et Mosen ipsum octogiuta annos natum mandata Dei ad Pharaonem suscepisse, tamen ad summum, si non eos annos detraxeris, quibus pater cum filio vixit, totus numerus explet non amplius trecenta et quinquaginta.

Quare, ut intelligatur, tempus natalium Mosis, supra commemoratum, recte esse definitum, neque ei repugnare Levitarum genealogiam, notatu opus est, nos in hac imperfecta legum genealogicarum notitia et tam longe ab illa aetate remotos non posse constituere certam prosapiae Leviticae seriem. Cuius tamen non omnes generationes inter Levi et Mosen numeratas esse, docet hoc, quod in Numeris 3, 28. Cahathidarum gens dicitur Mosis tempore in deserto octo mille et sexcentorum virorum numerum effecisse, ideoque cogitatu absurdum esset, Cahathi quatuor

„ἐπὶ ταύταις διήνυσαν ταῖς ταλαιπωρίαις." et de bello Iud. L. V. c. 9. §. 4.: „σιγῶ ἢ εἴπω τὴν εἰς Αἴγυπτον „μετοικίαν τῶν πατέρων, οἱ τυραννούμενοι καὶ βασιλεῦσιν ἀλ„λοφύλοις ὑποπεπτωκότες τετρακοσίοις ἔτεσι — σφᾶς αὐτοὺς ἐπετρέψαν τῷ Θεῷ." Itaque facile nobis venit in suspicionem, illum locum esse a liberariis corruptum, id quod de aliis locis demonstravit *I. A. Ernesti* in exercitatt. Flaviana prima §. X sqq.

filios, Amramum, Iezeharum, Hebronem atque Usielem eorumque natos et nepotes in tam brevi temporis spatio tantam hominum copiam procreasse 44). Neque eandem ob causam credibile est, progeniem septuaginta animarum (Genes. 46, 8. ss.) per ducentos et quindecim annos ita crevisse, ut sexcenta millia hominum aetate militari essent (Exod. 12, 37.), etiamsi indubitatum sit atque certum, Israelitas multo maturius quam nostrates coniugia iniisse, et tum longe diutius vixisse, mulierum foecunditatem, Nili aqua auctam, maximam fuisse, polygamiam porro, illis temporibus nondum vetitam, capitum numerum incredibili modo multiplicasse, et singulari denique providentia Dei factum esse, ut neque pestis, neque bellum, neque alia quaevis interna calamitas Israelitas minueret.

44) Cfr. *Nicol. Abramus* in Phari sui Vet. Test. sive sacrar. quaest. libror. XV. (Parisiis 1648. fol.) libro IX, c. 13. quod inscriptum est: utrum ab annis Cahathi, Amrami et Mosis bene colligatur, habitationem filiorum Israel in Aegypto annorum CDXXX non fuisse p. 232. — *Iac. Perizonius* in Origg. Aegyptiac. P. I. c. XX, p. 362 sqq. *I. B. Koppius* in progr., quo Israelitas non CCXV sed CDXXX annos in Aegypto commoratos esse, efficitur. (in syllog. commentt. theologg. P. II, p. 255 ss. Gotting. 1777.) *Rosenmüllerus* in scholiis ad Ex. 12, 40. et *Kuinoel* in commentario ad acta App. 7, 6.

§. 3.

Conservatio Mosis.

Rex Aegyptorum tantum quod filios Hebraeorum recens natos in aquam mergi iusserat, cum Moses lucem intuitus est. Haec res quam anxios habuerit parentes eius, quum tanta vitae pericula imminerent infantulo, non male suo ingenio describit Philo in vita M. I, 604, ubi querentes illos inducit, quod filium sors tam tristis et iniqua exspectaret, eosdemque, lectorum animos commoturus, se ipsos incusasse narrat, quod nutriendo puero per tres menses et suam ipsorum tristitiam, et filii brevi morituri cruciatum auxissent [45]).

Quae Philonis psychologica, ut ita dicam, descriptio eo magis nobis placet, quoniam procul abest a Iosephi somnio, in Antiqq. II. c. V. §. 9. prolato, ex quo Amramus et Iochebeda maxime confisi esse dicuntur de Mosis conser-

45) „δεδακρύμενοι τὸν παῖδα ἐκτιθέασι περὶ τὰς ὄχθας τοῦ „ποταμοῦ, καὶ στένοντες ἀπῄεσαν, οἰκτιζόμενοι μὲν αὐτοὺς „τῆς ἀνάγκης αὐτόχειράς τε καὶ τεκνοκτόνους ἀποκαλοῦν„τες, οἰκτιζόμενοι δὲ καὶ τὸν παῖδα τῆς παραλογωτάτης „ἀπωλείας· εἶθ' ὡς εἰκὸς ἐν ἄλλῳ πράγματι ἀλλοκότῳ κα„τηγόρουν αὐτῶν, ὡς μείζονος αἰτίων συμφορᾶς. Τί γάρ, „ἔφασκον, εὐθὺς γενόμενον οὐκ ἐξεθήκαμεν; — ἡμεῖς δ' οἱ „περιττοὶ καὶ τρεῖς μῆνας ὅλους ἀνεθρέψαμεν, δαψιλεστέρας „μὲν αὑτοῖς ἀνίας, τῷ δὲ τιμωρίας ἐπορίζοντες κ. τ. λ."

vatione „ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ψεῦδος γενέσθαι „τῶν εἰρημένων,“ scilicet ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους.

Occultant autem illi filium, ob insignem corporis venustatem [46]) unice dilectum, per tres menses. Quo facto quum nullam salutis spem ei relictam putarent, neque amplius dubitarent, quin, quod adhuc migrassent regis edictum, per vim tandem, et sibi ipsis maximo detrimento graviter confectum visuri essent: cum in fiscella papyracea [47]), bitumine et pice obli-

46) Exod. 2, 2. כִּי טוֹב הוּא *nam bonus ille.* טוֹב in universum significat eum, qui bona indole est, sive interna, sive externa Gen. 41, 22. 1 Sam. 9, 2. 10, 23. Sed hoc loco de corporis venustate sermonem esse, quae parentum amorem ad servandi conata impulerit, non solum persuadet nobis filii infantia, in qua nondum animi dotes animadverti poterant, sed etiam *Symmachus*, qui habet καλός; *versio septuagintaviralis:* ἀστεῖος i. e. ut Suidas vult, εὐπρόσωπος, χαρίεις, καλός; Act. 7, 20: ἀστεῖος τῷ Θεῷ i. e. λίαν, σφόδρα ἀστεῖος; ep. ad Hebr. 11, 23: πίστει Μωϋσῆς γεννηθεὶς ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον· *Iosephus* in Antiqq. II, 9. 7. παῖδα μορφῇ θεῖον; *Philo* Vit. M. I, p. 604: „γεννηθεὶς οὖν ὁ παῖς, εὐθὺς ὄψιν ἐνέφηνεν ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην.

47) Exod. 2, 3. תֵּבַת גֹּמֶא LXX κιβωτόν. Vox תֵּבָה alias duntaxat Genes. 6, 14. adhibetur de arca Noachi. Est autem nostro loco naviculae genus

ta[48]), ne aquae fluctu propelleretur, in alga [49]) ad

---

absque remius et velis, e papyro confeotae. Clericus hoc nomen explicat ex Chald. תוב, quod non solum *redire*, sed *habitare* quoque significet, ut sit תֵּבָה *habitatio*, quomodo a צוד sit צֵדָה venatio. Alii ex Coptica derivatione a *Dsoi* sive *Thoi navis*; et *Bai* sive *Bith palmarum ramus*: *navem* intelligunt, *ex palmarum ramis conditam*. Vid. I. R. Forster in libro de Bysso antiquorum p. 113. — *De cymba ferali* ex originatione Arab. illud vocab. explicatum vide apud Rob. Lowth de sacra poësi Hebraeorum p. 500. ed. Rosenmüll. (Lipsiae 1815). — Aegyptios autem e papyro גֹּמֶא, quod nomen duxit a גָּמָא absorpsit, quia in aqua nascitur et aquam semper imbibit, et LXX interpretes *πάπυρον*, Lucanus 4, 136 *bibulam papyrum* reddiderunt, naves confecisse, testantur Theophrass. in hist. plant. 4, 9. Plin. H. N. 13, 11. *Rosenmüller.* in libro: *Das alte und neue Morg.* P. I. N. 198. p. 257. — De papyri denotatione vid. Cels. in Hierobot. P. II. p. 126. ss.

48) Bitumen conglutinabat iuncos, pix aquam arcebat. Ios. Antiqq. II. 9. §. 4.: „τῷ γὰρ ὕδατι τὴν „διὰ τῶν πλεγμάτων ἀποφράττειν εἴσοδον ἡ ἄσφαλτος πέφυκεν.“

49) Haec alga, Aegyptiis *sari* dicta, a Plino H. N. 13, 13, ita describitur: „fruticosi est generis sari, „circa Nilum nascens, duorum ferme cubitorum „altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, si„milique manditur modo.“ Plura de hac re edisseruit Cels. Hierob. P. II. p. 66. Vid. praeterea P.

Nili ripam filia Maria custode exponunt [50]. Quod ii magna cum consideratione fecisse videntur, quippe qui illum eo loco Nili exposuerint, ubi filia Pharaonis lavari consuevit, cu-

---

E. Iabl. opuscc. P. I. p. 266. et I. D. Michaelis Supplem. p. 1726.

50) Act. 7, 19: „ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν, τοῦ ποιεῖν „ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι." *Kuinoelius* s. V. in commentar. ad hunc locum p. 247. inde sequi opinatur, plures Israelitas liberos exposuisse. Dicit enim, τοῦ ποιεῖν ἔκθετα esse idem, quod ἐκτιθέναι ac pertinere ad Israelitas. Idem verba εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι vertit: *ne vivi conservarentur* sc. τὰ βρέφη, et totum locum ita exponit: *Israelitae ipsi suos liberos exponebant, ne vivi conservarentur, ne eandem miseram sortem experirentur, qua ipsorum parentes premebantur.*

Quae, si recte sentio, parum accipit vir Celeberrimus. Etenim τοῦ ποιεῖν ἔκθετα non est i. q. ἐκτιθέναι, sed quod ἐκτιθέσθαι, ita ut non sint intelligendi exponentes, sed expositi. Hoc autem quorsum pertineat, esse non potest dubium, quia Ex. 1, 22. rex Aegyptios neque Hebraeos iubet infantes eorum exponere. Atque Israelitas liberos exposuisse, ne vivi conservarentur ad miseram parentum sortem experiendam, non solum plane repugnat amori, quo natura parentes sunt in liberos, sed etiam hoc, quod parentes Mosis de filio conservando valde solliciti fuerant. Ex. 2, 2. — Neque ζωογονεῖν significare videtur *vivum conservare*, sed *vivum procreare*, *propagare*. Diod. Sic 1, 7. LXX ad Gen. 6, 19. Quocirca

ius misericordia filium, si viderit, conservari posse, laeto sperant animo faustoque augurio. Neque spes eos fefellit. *Thermuthis* enim, regis Aegypti filia [51]), se lotura [52]), cum ancillis ad Ni-

---

hunc locum sic interpretor: *vexavit maiores nostros, volens eorum liberos expositos, ne propagaretur* sc. stirps Israelitarum, *dass nicht fortgezeugt werde*, i. e. hyperbolice dictum pro: *ne augeretur*. Nam Exod. 1, 10. rex Aeg. loquens introducitur sic: הָבָה נִתְחַכְּמָה לוֹ פֶּן־יִרְבֶּה agite! arte contra eum utamur, ne augeatur.

51) Haec a Fl. Iosepho *Θέρμουθις*, ab Artapano *Μέῤῥις*, (Euseb. praep. 9, 27.), a Iudaeis vulgo *Bithia* בתיה i. e. filia Dei, alias *φαρηΐς*, *φαρία* i. e. regina nostra, et ab Abulcasimo *Ζιβοῦθις* vocatur. Vid. notas te *Wateri* in Iablonsk. opp. tom. I. p. 150. s. Eam Iablonskius in Panth. I. 5. 10. et in opusc. ad h. voc. ex Coptico *Μου*, *mori*, interpretatur *θανατηφόρον*, *mortiferam*, eandemque dicit a Thermuthi dea, cuius Epiphanius adv. Haeres. lib. III, p. 1093 meminit, probe distinguendam. Quae appellatio alveo Nili in Aegypto inferiori, qui per ostium Sevennyticum se in mare effundit, nomen *Θερμουθιακός* dedisse videtur. V. Ptolemaeus Geograph. lib. IV. c. V. p. 123.

52) Ab his recedit Iosephus in Antiqq. II. 9. §. 5: „Θέρμουθις ἦν θυγάτηρ τοῦ βασιλέως. αὕτη παίζουσα „παρὰ τὰς ἠιόνας τοῦ ποταμοῦ, καὶ φερόμενον ὑπὸ τοῦ „ῥεύματος θεασαμένη τὸ πλέγμα, κολυμβητὰς ἐπιπέμπει, „κελεύσασα τὴν κοιτίδα πρὸς αὐτὴν ἐκκομίσαι· παραγενο- „μένων δὲ τῶν ἐπὶ τοῦτο σταλέντων, μετὰ τῆς κοιτίδος

lum adit, eademque, descensura in aquam, animadvertit naviculam junceam, in qua Moses expositus erat.

Quod haud ita multo post expositionem Mosis factum esse, non inde conjicimus, quod, ut in libro Gaulminii de vita et morte Mosis dicitur, hoc temporis momento aestu divinitus immisso arserit Aegyptus, ideoque regia virgo impulsa sit, ut se lavaret in Nilo; sed quod Aegyptii Herodoto teste [53]) inter *νυχθήμερον* quater

---

„ἰδοῦσα τὸ παιδίον, ὑπερηγάπησε. μεγέθους ἕνεκά τε καὶ „κάλλους." — Scemoth Rabba p. 118. cl. 2 tradit haec: „*filia Pharaonis erat leprosa, ideo descen-* „*derat ad lavacrum: quando tetigit arculam Mo-* „*sis, illico sonatur; quapropter miserta est super* *Mosen*". Philo V. M. I. 604 effuse narrat: „θυγά- „τηρ ἦν τῷ βασιλεῖ τῆς χώρας ἀγαπητὴ καὶ μόνη· ταύτην „φασὶ γυμαμένην ἐκ πολλοῦ χρόνου, μὴ κυΐσκειν, τέκνων „ὡς εἰκὸς ἐπιθυμοῦσαν, καὶ μάλιστα γεννᾶς ἄῤῥενος, ἢ τὸν „εὐδαίμονα κλῆρον τῆς πατρῴας εὐδαιμονίας καὶ ἡγεμονίας „διαδέξεται; κινδυνεύοντα ἐρημίᾳ θυγατριδῶν ἀλλοτριωθῆναι· „κατηφοῦσαν δὲ ἀεὶ καὶ στένουσαν, ὡς μάλιστα ἐκείνῃ τῇ „ἡμέρᾳ τῷ βάρει τῶν φροντίδων ἀπαγορεῦσαι, καὶ δι' ἔθους „ἔχουσαν οἴκοι καταμένειν, καὶ μηδὲ τὰς κλισιάδας ὑπερ- „βαίνειν, ἐξορμῆσαι μετὰ θεραπαινίδων ἐπὶ τὸν ποταμὸν, „ἔνθα ὁ παῖς ἐξέκειτο." *Talmudici* tradunt, eam exiisse, *ut se purgaret ab idololatria domus paternae*, et *Targum Hierosol.* לְמִתקוֹדְרָה עַל מַיָּא *ad capiendum refrigerium aëris prope aquas.*

53) Herod. 2, 37. „λοῦνται δὲ δὶς τῆς ἡμέρης ἑκάστης ὕδατι ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός."

se lavarunt, et feminae eorum, Irwino narrante[54]), pluries quotidie lavatae sunt in Nilo, cui had re divinam significarent reverentiam.

Hac igitur navicula per famulas allata, pueri flentis adspectu tantopere animo commota est Thermuthis, ut eum conservatum cuperet. Quae quum evenirent, subito accedit Mirjam, soror Mosis, quae, cognito pueri educandi consilio, hilari mente abit, iussu illius vocatum nutricem Hebraeam mercenariam. Plura, quae regia virgo cum ea collocuta sit, fabulatur *Iosephus* in Antiqq. II, 9. §. 5. „Κελεύει inquit, τε γύναιον „ἡ Θέρμουθις ἀχθῆναι παρέξον θηλὴν „τῷ παιδίω. Μὴ προςεμένου δὲ αὐτοῦ „τὴν θηλὴν ἀλλ᾽ ἀποστραφέντος, καὶ „τοῦτ᾽ ἐπὶ πολλῶν ποιήσαντος, ἡ Μαριά- „μη παρατυγχάνουσα τοῖς γενομένοις „οὐχ ὥς τε ἐκ παρακοῆς δοκεῖν, ἀλλὰ κατὰ „θεωρίαν εἶπε· μάτην, ὦ βασίλισσα, „ταύτας ἐπὶ τροφῇ τοῦ παιδὸς μετακαλῇ „τὰς γυναῖκας, αἵ μηδὲν πρὸς αὐτὸν συγ- „γενὲς ἔχουσιν. Εἰ μέντοι τίνα τῶν ἑβραΐ- „δων γυναικῶν ἀχθῆναι ποιήσειας, τάχα „ἂν πρόσοιτο θηλὴν ὁμόφυλον. Καὶ τὸ παι- „δίον ἀσμενίσαν πῶς προςφύεται τῇ

54) *Irwin: Reise nach Aegypten* p. 272. ss. Sic hodieque Muhammedani cfr. *Nieburii Reissebeschr.* II. 47, 39.

θηλῆ." Idem suo modo l. l. §. 6. narrat de Mose, eum, quum tres annos complesset atque corpore non minus, quam gratia crevisset, mirifice delectasse venustate sua, ac pergit deinde ita: „πρὸς δὲ κάλλος οὐδεὶς ἀ-„φιλότιμος ἦν οὕτως, ὡς Μωϋσῆν θεασά-„μενος μὴ ἐκπλαγῆναι τῆς εὐμορφίας, „πολλοῖς τε συνέβαινε καθ' ὁδὸν φερο-„μένῳ συντυγχάνουσιν, ἐπιστρέφεσθαι „μὲν ὑπὸ τῆς ὄψεως τοῦ παιδός· ἀφιέναι „δὲ τὰ σπουδαζόμενα, καὶ τῇ θεωρίᾳ „προσευσχολεῖν αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἡ χάρις ἡ „παιδικὴ, πολλὴ καὶ ἄκρατος περὶ αὐ-„τὸν οὖσα, κατεῖχε τοὺς ὁρῶντας." Haec omnia vero ubi gesta sint, etsi non potest certo dici, tamen ea est temporum ratio atque is rerum nexus, ut facile iudicare queat, ea accidisse prope Thermuthis regiam, in cuius vicinia tum parentes Mosis vixerint [55]).

---

55) Ingeniosa est hac de re conjectura *Ferd. Guil. Beerii* in Commentat. *Von der Aegyptischen Dienstbarkeit der Israeliten* (Vid. eius. *Abhandl. zur Erläuterung der alten Zeitrechnung und Geschichte* t. I. p. 122.) ita proposita: „*Mosis Eltern müssen nicht weit von einem königlichen Lusthause oder Vorwerke gewohnt haben, ja vielleicht hatten sie die Aufsicht darüber. Die Nähe ist wenigstens gewiss: denn da des Pharao Tochter sich badete, fand sie das Kind, und die Schwester desselbigen konnte die Mutter herbeibringen, ehe die Prinzessin ihren Sparziergang endigte.*

Sic conservatus, Moses salvus rediit ad suos atque omni, quod tum instabat, vitae periculo

---

„Demnach wohnten Mosis Eltern an einem Orte, „wo man bei Hofe nicht leicht erfahren konnte, „ob sie gegen das Gebot handelten oder nicht. „Gleichwohl durften sie es drei Monate lang wa„gen, aber ohne Unglück zu befürchten, nicht län„ger. Die Ursache davon kann keine andere ge„wesen seyn, als weil man die drei Monate über „aus irgend einer Ursache nicht so genau als zu „anderer Zeit wissen konnte, was sie in ihrem „Hause vorhatten. Nun überschwemmt der Nil „Aegypten, wie bekannt, drei Monate lang, und „sodann ist die Gemeinschaft nicht anders als zu „Schiffe möglich, indem die Dörfer, Lusthäuser, „und Wohnungen auf erhabenen Plätzen oder „Hügeln stehen. Dieser Umstand, wenn man zu „Schiffe kommen muss, schicket sich nicht sonder„lich zum Ausspazieren, nooh auch zu unzeitigen „Besuchen. Es ist auch sodann, wie die Reise„beschreibungen melden, jedermann gutes Muthes „in seinem Hause, ruhet von der Arbeit aus, und „machet sich einen guten Tag. Folglich gehet es „sehr wohl an, sodann etwas in seinem Hause „vorzunehmen, das man im nächsten Ort nicht „erfährt, und Mosis Eltern ob sie gleich nahe an „einem königlichen Gute wohneten, konnten doch „ihr Kind diese Zeit über vor den Aegyptern gar „wohl verheelen; aber nachgehends wollte es sich „nicht mehr thun lassen, ohne alle Tage einer „augenscheinlichen Gefahr gewärtig zu seyn. Mo„ses wäre demnach geboren worden zu der Zeit

plane ereptus. Namque infantiae spatium in paterna domo emensus, a pedo caulaeque humili-

---

„*da der Nil auszutreten beginnt, das ist nun die* „*Zeit der Sommerwende: hingegen seine Aufnahme* „*von der Prinzessin fiele in die Herbstgleiche,* „*oder bald hernach.*" Deinde pergit p. 123. „*Weil man auf keine Weise annehmen kann,* „*die Prinzessin habe sich vor der ganzen Welt* „*Augen im Nile, oder überhaupt ausserhalb des* „*Bezirks vom Lustschlosse gebadet, indem nahe* „*bei einem königlichen Lusthause weder der Nil,* „*noch sein Ufer, noch das umliegende freie Feld* „*zu einem solchen Vorhaben einer königlichen* „*Tochter schicklich gewesen seyn könnten: so muss* „*das Baden in einem Garten, oder in einem der-* „*gleichen wider das Zuschauen neugieriger Augen* „*verwahrten Platze, folglich in einem gegrabenen* „*Teiche, Canale oder Lustwasser geschehen seyn.* „*Da nun Moses Mutter ihr Kind dahin legen* „*konnte, auch die Schwester sich da aufhalten,* „*und ganz bekannt mit der Prinzessin reden durf-* „*te, so müssen Moses Eltern bei ihr und ihrem* „*Hofstaate nicht fremd gewesen seyn. Aus die-* „*sem Grunde, insonderheit wegen des ersten Um-* „*standes, halte ich für wahrscheinlich, Moses* „*Eltern möchten etwa die Aufsicht über die zum* „*Landhause gehörigen Güter und Wirthschafts-* „*stücke gehabt haben, indem Pharao dem Joseph* „*befohlen hatte, die hiezu tüchtigen unter seinen* „*Anverwandten über sein Vieh oder Meyereien zu* „*setzen. Die Mutter legte demnach ihr Kind mit* „*gutem Vorbedachte an einen Ort, wo sie wuss-*

tate pervenit ad sceptri viciniam atque aulae splendorem, ut Dei O. M. provido numine scena ei aperiretur, in quam prodiret, gentem suam a servitutis miseria ad libertatis felicitatem evecturus.

Hic quum, non tam circumcisione, quam matris lacte originis Hebraeae characterem nactus, a filia Pharaonis adoptaretur, nomen Aegyptium accepit *Μωϋσῆ*, (LXX cum graeca terminatione habent *Μωϋσῆς*; contr. in N. Test. *Μωσῆς*; Franco - gallice optime redditum est *Moïse*, Hebraice משׁה, quod significat *ex aqua extractum*, *ἀναληφθέντα ἐξ ὕδατος*. Namque *Μωϋ*, contractum *Μῶ*, affine Chaldaeorum מוי, *aquam* sonat Aegyptiis, atque *Σι*, *Σῆ* cum graeca terminatione *σῆς*, *sublatum*, *servatum*.

Dissentiunt autem viri docti in nominis משׁה origine et significatu: hoc enim alii pro *Aegyptiaco* habent, alii pro *Hebraico*. Itaque nunc videamus, quibus argumentis nostram sententiam fulciamus, et quid habeant momenti objectiones

---

„te, dass man es finden würde, da es vor reissen-„den Thieren sicher war, und da sie unvermerkt „dazu und ihm Nahrung reichen konnte, im Falle „sich das Finden zu lange verziehen sollte." — Constat etiam, Iosephum sibi, in aula versanti, patrem voluisse, cum ei terram habitandam assignaret, vicinum esse. Genes. 45, 10.

eorum, qui a nobis defendunt Hebraicum illius nominis etymon.

Ac primo quidem verisimillimum est, adoptantem virginem Aegyptiam communi gentium iure adoptato nomen imposuisse, non ex Hebraeo sed suo ipsius patrio sermone desumtum, neque est credibile, filiam regis servorum et mancipiorum despicatissimorum linguam calluisse. Cui rei obiicias cum Abarbenele, Ex. 1, 10, verba וַתִּקְרָא שְׁמוֹ *et vocavit nomen eius* referenda esse ad matrem Mosis, quia מְשִׁתִהוּ (ut Ierem. 15, 10. יְלִדְתִּנִי et Cantic. 4, 9. לִבַּבְתִּנִי) deficiente י post ת sit persona secunda feminina *extraxisti eam*, ideoque Hebraeam Hebraeum nomen Mosi imposuisse. At tibi obvertendum est, hoc simplicitati et filio narrationis, ne dicam, urbanitati quoque, qua Iochebeda mercenaria esse debebat erga filiam Pharaonis, perquam adversari; deinde, omnes veteres interpretes hanc *ὀνομαθεσίαν* ad regis filiam referre, neque huic obstare illam Abarbenelis regulam, cum eodem modo ac מְשִׁיתִהוּ Genes. 6, 7. עֲשִׂיתִם *feci eos* Exod. 31, 11. צִוִּתִךָ *praecepi tibi* cfr. Exod. 34, 18. et Exod. 32, 8. צִוִּיתִם *praecepi iis*, legamus.

Neque minus valet hoc argumentum, quod nomen Mosis, si eius caussam observas, optime potest derivari ex lingua Aegyptiaca, male ex Hebraica. Namque מֹשֶׁה, a rad. מָשָׁה *extraxit* deductum, non sonat *extractum ex aqua*, sed ex-

trahentem, qui Moses dici poterat, populares sive ex Aegypto, sive e mari rubro extrahens.

Tum Exod. 2, 10. verba, Thermuthi in os indita מִן־הַמַּיִם מְשִׁיתִהוּ *ex aquis extraxi eum*, a scriptore consulto addita videntur, ne מֹשֶׁה, nomen Aegyptiacum, quod hebraice uno vocabulo reddi non poterat, ob magnam ipsius cum voce מֹשֶׁה *extrahens* similitudinem falso intelligeretur de *extrahente*.

Accedit, quod scriptores s. nomina propria locorum et personarum non solent ex aliena lingua transferre, sed ea integra servare. Hinc v. c. Iosephi nomen Aegypt. צָפְנַת פַּעְנֵחַ Genes. 41, 45. retinetur. Atque einsmodi exempla in omnibus fere linguis extant sexcenties.

Praeterea interpretes Alexandrini, qui vixerunt in Aegypto, et de hac re Aegyptiorum atque Hebraeorum monumenta, incendio iam dudum deperdita, consulere potuerunt, hoc nomen semper reddiderunt Μωϋσῆς, eo haud dubie, ut voce Hebraica meliorem eius et etymo magis idoneam docerent pronunciationem.

Postremo nobis provocandum est ad auctoritates veterum tam Iudaeorum quam Christianorum. Omnes enim, quos quidem nos cognovimus, nomen Mosis Aegyptiae esse originis, testificantur. In quibus nominatim laudandi sunt *Ezechielus*, tragicus poeta, qui in poemate, cuius fragmentum tibi infra se offeret, Mosem sic loquentem introducit:

Ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν;
Ὑγρᾶς μ' ἀνεῖλε ποταμίας ἀπ' ᾐόνος.

Flav. Iosephus in Antiqq. II. 9. 6. „Τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὑσῆς δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας." et in lib. 1. c. Ap. p. 936. „Τὸ δὲ ἀληθὲς ὄνομα δηλοῖ τὸν ἐξ ὕδατος σωθέντα Μωϋσῆν· Τὸ γὰρ ὕδωρ Αἰγύπτιοι Μωϋ καλοῦσιν." *Philo* in lib. I. de V. M. pag. 605. B. „εἶτα δίδωσιν ὄνομα, θεμένη Μωσῆν ἐτύμως, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀνελέσθαι· τὸ γὰρ ὕδωρ μῶς ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι." Alii codices haud dubie rectius habent pro μῶς: μῶ et μῶϋ. Vid. ed. Mangey. *Clemens Alex.* Stromm. I. p. 443. „εἶτα τίθεται τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασιλὶς Μωϋσῆν ἐτύμως διὰ τὸ ἐξ ὕδατος ἀνελέσθαι αὐτό· τὸ γὰρ ὕδωρ Μωϋ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι." Porro *Suidas* sub voce Μῶϋ scribit: „Μῶϋ τὸ ὕδωρ παρ' Αἰγυπτίοις, ἐξ οὗ καὶ Μωϋσῆς." *In Codice M. S. Vossiano* in biblioth. Lugduno-Batav. glossa haec in Octateuchum reperitur: Μωϋσῆς παρὰ Μῶϋ, ὃ σημαίνει τὸ ὕδωρ Αἰγυπτιστὶ, καὶ τὸ Σης, ὃ σημαίνει τὸ λαμβάνω κατ' Αἰγυπτίους· ὁ ἐκ τοῦ ὕδατος ληφθείς." *Salmasius* in libro de annis climacter. p. 614. censet, Copt. *Μωου aquam* et *σι captum*, igitur *Μωουσι captum ex aqua* significare. *Iablonsky* in opuscc. t. I. p. 157. dicit: „interpretatio, quam veteres nobis subministrant, veritati prorsus congruit, dummodo recte exponatur. Nempe *Μω* in vocibus compositis *aquam* persaepe significat, *Ουσι* vero, vox notissima et in Coptorum libris

admodum frequenter occurrens, est σώζειν. Unde patet, Μωουσε, Μωϋσῆ et cum graeca terminatione Μωϋσῆς vere Aegyptiis sonuisse σωθέντα ἐξ ὕδατος." 56).

56) Cfr. praeterea *Hieronymus* opp. t. II. p. 103., *Eustathius Antioch.* in Hexaemer. p. 79., *Allatius* ad Eustathii Hex. p. 97., *Hottinger* in exercitationib. Anti-Morin. p. 44. *Huetius* in demonst. ev. p. 75. *Müller* in Glossario s. p. 29. *Kircherus* in prodromo Copt. p. 138. *Mingarellius* ad Aegyptior. codd. reliquias p. 271. — *A. Georgius* in praef. ad fragmenta Ioh. Theb. p. 144. *Ign. Rossii* Etymolog. Aegypt. p. 127. ss. *Buddeus* in hist. Eccl. V. T. t. I. p. 488. s. *I. E. Gerhardus* in diss. de sepultura Mosis §. 9. *Fabricius* in cod. V. T. Pseudep. t. II. p. 111. s. *Scheureri* diss. de nomine Mos. (Bernae 1722.), qui, sententias contrarias conciliaturus, nomen Mosis ortum esse demonstrare annititur ex Aegypt. Μωου, Μω *aqua* et Σι vel ΣΗ, ab Hebraeorum נשא deductum, ablata prima radicali, sensu: *captus, servatus.* Putat ergo, מֹשֶׁה esse vocem hibridam, sed ut nobis videtur, sine omni probabilitate. — Utramque etymologiam item defendunt: *Waltherus* in Officin. Bibl. p. 448. et *Voigtius* in Miscell. bibl. p. 46. — Hebraicam originem vindicare student potissimum: *Bochartus* in Phaleg p. 67. *Pfeifferus* in Dub. Vex. ad Ex 2, 10. *Buxtorfius fil.* in diss. philol. theol. p. 486. et *Buxtorfius, nepos,* in Catalect. p. 178. *Georg. Verestol* in dissert. de Palma ardente in Sylloge Dissertatt. sub praes. *I. A. Schultensii* et *N. G. Schröderi* defen-

Quibus argumentis inducti contendimus, nomen Mosis esse Aegyptiacum, et מֹשֶׁה non significare *extrahentem* ex radice Hebr. מָשָׁה *extraxit*, sed *extractum ex aqua* secundum pronuntiationem, quae prodat originem Aegyptiacam et interpretationis caussa, quae adiecta sit in relatione verbis: מִן־הַמַּיִם מְשִׁיתִהוּ *ex aquis extraxi eum*. Neque impedit שׁ, quominus hoc statuamus, quum haud ignoremus, שׁ et שׂ saepe permutari et alternare, sicut e verbis שַׁבָּתוֹן et שִׁמְעוֹן vice versa dicitur Σάββατον et Συμεών. Sed omnino bene tenendum est, Hebraeos in nominibus propriis minime exigere ad amussim omnia, remque saepius magis spectari, quam vocem. Vid. *Michaelis* diss. de nominibus propriis sacris (Hal. 1729. 4.) §. XII. et *Rosenmüllerus* in scholl. Vol. I. ad Gen. 4, 1. 5, 29. de nominibus קַיִן et נֹחַ.

Sed, ut ad Mosem puerum revertamur, audiamus nunc Iosephum narrantem in Antiqq. II. 9. 71: Thermuthim adoptatum ad patrem adduxisse, eique hunc ostendisse veluti successorem, si ita voluerit Deus, ut sibi filius non nasceretur. Deinde eam sic loquentem inducit: „ἀναθρεψαμένη παῖδα μορφῇ τε θεῖον „καὶ φρονήματι γενναῖον, θαυμασίως δὲ „αὐτὸν καὶ παρὰ τῆς τοῦ ποταμοῦ λαβοῦ-

sar. P. I. §. VI. ss. — *Mangey* in ed. Phil. de Vita M. aliique.

„σα χάριτος, ἐμαυτῆς μὲν ἡγησάμην παῖ-
„δα ποιήσασθαι, τῆς δὲ σῆς βασιλείας
„διάδοχον." Tum eam infantem deposuisse in manibus patris, qui, filiae gratificaturus, puero comiter diadema suum imposuerit. Mosen autem id in terram deiecisse pedibusque conculcasse. Quo viso, sacrorum scribam, qui ex Mosis nativitate Aegyptiorum imperium depressum iri praedixisset, ad eum necandum accurrisse et vehementer exclamasse: „οὗτος, βασι-
„λεῦ, παῖς ἐκεῖνος, ὃν κτείνασιν ἡμῖν ἐδή-
„λωσεν ὁ θεὸς ἀφόβοις εἶναι· καὶ μαρτυ-
„ρεῖ τῇ προαγορεύσει τοῦ γεγονότος, ἐπι-
„βεβηκὼς ἡγεμονίᾳ τῇ σῇ καὶ πατῶν τὸ
„διάδημα. Τοῦτον οὖν ἀνελὼν, Αἰγυπτίοις
„μὲν τὸ ἀπ' αὐτοῦ δέος ἄνες· Ἑβραίοις δὲ
„τὴν ἐλπίδα τοῦ δι' αὐτοῦ θάρσους ἀφελοῦ."
Quem puero abrepto praevenisse Thermuthim.— Similibus somniis anon. Rabb. infantiae Mosis historiam complet, e Gaulm. editione p. 10. ss. referens haec: *Tertius a nato Mose annus fluxerat, Pharao convivium praebebat, uxor dextram, laevam cum Mose filia tenuit, proceres ante regem sedere iussi: Moses in omnium oculis sublatam a Pharaonis capite coronam suo imposuit. Balaam Magus idemque regius Eunuchus stupentibus caeteris: „Domine rex, inquit, revoca in memoriam somnium illud tuum, cuius olim interpretationem te docui; nescis hunc Iudaeis oriundum. Prorsus in illo spiritus dei*

est, quodque nunc fecit, astute prudenterque factum puta. Si Aegyptum deleri non sinis, capite plectendus est.“ Placuit consilium. Confestim deus Gabrielem angelum misit, qui, suscepta principis viri persona regem sic adoravit: „Ego insontem minime damnandum censeo, multo minus puerum iudicii expertem. Verum agite, puero gemmam et carbonem proponamus. Si carbonem elegerit, puerilis ignorantiae iudicium erit, atsi gemmam ceperit, damnandus est.“ Nulla mora, et gemma et carbo pueri oculis subiiciuntur. Moses gemmam auferre parabat, sed coactam eius manum angelus carboni imposuit, raptumque ori intulit, etiam extremam linguae partem adussit, unde postea tardiloquus evasit. — Exin regem et proceres adversus Israelitas crescentes anxie multa moliri.

Huic de Mosis infantia expositioni fragmentum carminis iambici, ab Ezechielo, tragoediarum poeta, compositi, addendum putamus, quod et nostrae rei testimonium affert, et ob versuum elegantiam nos delectavit. Memoriae hoc prodiderunt Clemens Alex. in stromatt. t. I. p. 414. ed. Potter, et Eusebius in praepar. Ev. IX, p. 436. ss. Ille, qui pauciores eius versus, sed, ut videtur, eos rectius tradidit, quam Eusebius, dicit, fragmentum, quod proferat, petitum esse e dramate Ezechieli, quod inscriptum sit: *ἐξαγωγή*. Hic de eius argumento paucis ita loquitur. „*Περὶ* „*δὲ τὸν Μώϋσον ἐκτεθῆναι ὑπὸ τῆς μητρὸς* „*εἰς τὸ ἕλος, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ βασιλέως θυ*„*γατρὸς ἀναιρεθῆναι καὶ τραφῆναι ἱστο*„*ρεῖ καὶ Ἐζεκιῆλος, ὁ τῶν τραγῳδίων* „*ποιητὴς, ἄνωθεν ἀναλαβὼν τὴν ἱστορίαν* „*ἀπὸ τῶν σὺν Ἰακὼβ παραγενομένων εἰς* „*Αἴγυπτον πρὸς Ἰωσήφ. κ. τ. λ.*“ Utrumque legimus, lectionis varietatem animadvertimus et

iudicavimus neglectumque metrum, quoad facultas ferebat, restituimus 57).

Qui nunc sequuntur sex versus priores, depromti sunt ex Eusebio, reliqui ex Clemente.

Ἀφ' οὗ Ἰακὼβ γῆν λιπὼν χαναναίαν 58)
Κατῆλθ' ἐς Αἴγυπτον ἔχων ἑπτάκις δέκα 59)
Ψυχὰς σὺν αὐτῷ, καὶ ἐπεγέννησεν πολὺν 60)
Λαὸν κακῶς πράσσοντα καὶ τεθλιμμένον,
Ἐς ἄχρι· τούτων τῶν χρόνων κακούμενον 61)
Κακῶν ὑπ' ἀνδρῶν καὶ δυναστείας χερός.
Ἰδὼν γὰρ ἡμῶν γένναν ἄλις ηὐξημένην
Δόλον καθ' ἡμῶν πολὺν ἐμηχανήσατο
Βασιλεὺς Φαραώ· τοὺς μὲν ἐν πλινθεύμασιν 62)

---

57) Nos in hac re non sine commodo nostro *Seidlerum*, *Virum Illustrem atque Excellentissimum*, in consilium adhibuisse, grato animo profitemur.

58) ἀφ' οὗ Ἰακὼβ] Hiatum, si quidem a poeta profectus est, quodammodo excusat nomen proprium.

59) Videtur scripsisse: κατῆλθ' ἔχων. (vel ἔχων κατῆλθ') Αἴγυπτον ἑπτάκις δέκα.

60) καὶ ἐπεγέννησεν] dele hiatum et scribe: κἀπεγέννησεν.

61) Interpunge: — — — καὶ τεθλιμμένον
Ἐς ἄχρι τούτων τῶν χρόνων, κακούμενον
Κακῶν ὑπ' ἀνδρῶν — — — —

62) Offendit paulum Φαραώ producta media, quam alibi hic poeta corripit. Sic in fragmento apud Eusebium.

Οἰκοδομίας τε βάρεσιν αἰκίζων βροτοὺς [63]),
Πόλεσί τε πύργους σφῶν ἕκητι δυςμόρων [64]).
Ἔπειτα κηρύσσει μὲν Ἑβραίων γένει [65])
Τἄρσενικὰ ῥίπτειν ποταμὸν ἐς βαθύῤῥοον.
Ἐνταῦθα μήτηρ ἡ τεκοῦς᾽ ἔκρυπτέ με
Τρεῖς μῆνας, ὡς ἔφασκεν· οὐ λαθοῦσά μοι,
Ὑπεξέθηκε, κόσμον ἀμφιθεῖσά μοι,
Παρ᾽ ἄκρα ποταμοῦ, λάσιον εἰς ἕλος βαθύ [66]).
Μαριὰμ δ᾽ ἀδελφή μου κατώπτευεν πέλας [67]).

---

63) Corrupte hic versus legitur apud Eusebium:
Οἰκοδομαῖς τε βαρείαις ἀεικίζων βροτούς.

64) Clemens: πόλεσί τε πύργους, Eusebius: πόλεις τε, πύργους τε, σφῶν ἕκατι δυσμόρων.

Uterque corrupte. Item versu seq. uterque Κηρύσσει μὲν, quod μὲν magnopere offendit. Scripsisse videtur poeta:

— — — — τοὺς μὲν ἐν πλινθεύμασιν
οἰκοδομίαις τε βάρεσιν αἰκίζων βροτούς,
(πόλεις δ᾽ ἐπύργουν σφῶν ἕκατι δυσμόρων)
ἔπειτα κηρύσσων ἐν Ἑβραίων γένει etc.

65) ἔπειτα spectat ad praegressum μὲν.

66) παρ᾽ ἄκρα] Contra metrum apud Eusebium legitur παρ᾽ ὄχθην, sed *M. S. Eusebii* codex, quo usus est Vigerus et codex *Ioan. Clementis* lectionem comprobant. Cfr. *Potter* not. 4.
βαθύ] Euseb. δασύ.

67) Ἀδελφή μου] cod. Ioan. Ἀδελφ᾽ ἡμῶν. V. *Potter.*

Κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως, ἅβραις ὁμοῦ 68)
Κατῆλθε λουτροῖς χρῶτα φαιδρῦναι νέον.
Ἰδοῦσά μ᾽ εὐθὺς καὶ λαβοῦσ᾽ ἀνείλετο· 69)
Ἔγνω δ᾽ Ἑβραῖον ὄντα· καὶ λέγει τάδε·
Μαριὰμ δ᾽ ἀδελφὴ, προςδραμοῦσα βασιλίδι 70),
Θέλεις τροφόν σοι παιδὶ τῷδ᾽ εὕρω ταχὺ 71)
Ἐκ τῶν Ἑβραίων; ἡ δὲ ἐπένευσεν κόρη· 72)

---

68) *ἅβραις ὁμοῦ*] recte explicat *Potter* ad h. l. not. 7. vertens: *Dein nata Regis cum suis pedissequis.* Male correxit Hervetus *ἄπαις ὁμοῦ*; qua re verterunt: *quae carebat liberis.* Illud etiam LXX convenit, qui Ex. 2, 5. transtulerunt: *κατέβη ἡ θυγάτηρ φαραὼ λούσασθαι ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ αἱ ἅβραι αὐτῆς παρὰ τὸν ποταμὸν παρεπορεύοντο.*

69) *κατῆλθε λουτροῖς — ἀνείλετο*] Male Eusebius ita habet:

> Κατῆλθε λουτροῖς φαιδρύναι τὸ ἑὸν δέμας.
> Νέον δ᾽ ἰδοῦσα καὶ λαβοῦσ᾽ ἀνείλετο.

70) *Καὶ λέγει — βασιλίδι,*] recte hic Eusebius interpungit et scribit:

> — — — Καὶ λέγει τάδε
> Μαριὰμ ἀδελφὴ προςδραμοῦσα βασιλίδι·

Apud Clementem Μαριὰμ δ᾽ ἀδελφή mendum videtur esse, ortum ex antecedentibus Μαριὰμ δ᾽ ἀδελφή μου.

71) *σοι παιδὶ τῷδ᾽*] Ex his corrigendus est Eusebius, qui mendose habet: *σοι τῷ παιδίῳ.* Vid. h. l. *Potter*, qui affert Ioannis lectionem hanc:

> Θέλει τροφόν σοι τῷ παιδὶ εὕρω ταχύ.

72) *ἡ δὲ ἐπένευσεν*] habet Clemens, idemque editiones Eusebii contra metrum. Vera videtur Codicis

Μολοῦσα δ' εἶπε μητρί· καὶ παρῆν ταχὺ
Αὐτή τε μήτηρ, καὶ ἔλαβεν μ' ἐς ἀγκάλας 73).
Εἶπεν δὲ θυγάτηρ βασιλέως· τοῦτον, γύναι,
Τρόφευε· κἀγὼ μισθὸν ἀποδώσω σέθεν.
Ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν 74)
Ὑγρᾶς ἀνεῖλε ποταμίας ἀπ' ᾐόνος 75).
Ἐπεὶ δὲ καιρὸς νηπίων παρῆλθέ μοι 76),
Ἦγέν με μήτηρ βασιλίδος πρὸς δώματα 77);
Ἅπαντα μυθεύσασα καὶ λέξασά μοι
Γένος πατρῷον, καὶ Θεοῦ δωρήματα.
Ἕως μὲν οὖν τὸν παιδὸς εἴχομεν χρόνον,
Τροφαῖσι βασιλικαῖσι καὶ παιδεύμασιν
Ἅπανθ' ὑπισχνεῖθ', ὡς ἀπὸ σπλάγχνων ἐῶν·
Ἐπεὶ δὲ πλήρης κόλπος ἡμερῶν παρῆν,

Eusebiani lectio: ἐπέσπευσεν κόρην i. e. incitavit, festinare iussit puellam.

73) Αὐτή τε μήτηρ] Rectius Eusebius αὐτή γε μήτηρ. καὶ ἔλαβεν contrahe in κἄλαβεν.

74) Post τοῦ χάριν interrogandi signum ponendum est.

75) Post ὑγρᾶς addendum pronomen μ'.

76) Eusebius ante hos versus sequentes observat haec: τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει, καὶ περὶ τούτων ὁ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, τὸν Μωϋσῆν παρεισάγων λέγοντα etc. παρῆλθέ μοι] Flor. ed. παρῆλθέ με.

77) ἦγέν με] ebd. Ioan. ἤγαγε,

Ἐξῆλθον οἴκων βασιλικῶν, (πρὸς ἔργα γὰρ
Θυμός μ᾽ ἄνωγε καὶ τέχνασμα βασιλέως [78]).

---

78) πρὸς ἔργα — βασιλέως] haec tantummodo exstant apud Eusebium, qui plura etiam ab Ezechielo depromta reliquit memoriae.

OBSERVATIONES
IN
HOSEAM VATEM.

SCRIPSIT

IOS. VALENT. DOMINIC. MAURER,

PHIL. D. AA. LL. M. LING. HEBR. AD SCHOL. THOM. DOC.
SOC. HISTORICO-THEOL. LIPS. SOD. ORD.

Cap. I.
De nomine Hoseae.

§. 1.

Hieronymus הוֹשֵׁעַ *salvatorem* interpretatur. Parum adcurate. Est enim הוֹשֵׁעַ vel *imperativus: iuva* sc. deus! quod nomen et ipsum addi consueverat [1]), notante Hieronymo, hac sine dubio ratione: הוֹשְׁעָה, assumpta nimirum forma breviore imperativi, (cf. nostrum *Gotthelf;*) vel *infiniti-*

---

1) Nam hic apud antiquos mos erat, isque pervulgatus, ut *deorum* sibi nomina imponerent, vel certe cum suis coniungerent. Vid. Gesenii *Comment. in Ies.* p. I. p. 281 sqq. Sed haec notissima res est.

vus absolutus: iuvare deus! eodem sensu; neque enim opus est subaudito verbo finito, ut placuit Rosenmuellero S. V. ad 1, 1.; vidd. Gesenii *Lehrgeb.* p. 783. Ewaldi *krit. Gramm.* p. 559. Modo singulari et prorsus inaudito vim nominis Philo definivit (*de nom. mutat.* pag. 1063. ed. Francof.). Ibi enim: ἀλλὰ καὶ τὸν Ὡσηὲ μετονομάζει Μωσῆς (de Hosea, Nuni, [4 Mos. 13, 9. 17.] loquitur) εἰς τὸν Ἰησοῦν, τὸν ποιὸν εἰς ἕξιν μεταχαράττων. Ὡσηὲ μὲν γὰρ ἑρμηνεύεται ποιὸς οὗτος. Ἰησοῦς δὲ, σωτηρία κυρίου κ. τ. λ. Quo quid ineptius aut insulsius excogitari possit, non video.

Graece הוֹשֵׁעַ enuntiatur Ὡσηέ, ut supra apud Philon. est, plurimis in locis; semel Ὡσηέ, Rom. 9, 25.; aliquoties Αὐσή, ut 4 Mos. 13, 9. 17. Scilicet ה mobile graeci efferunt per *tenuem*, et id quidem saepissime, ut in הָגָר, Ἄγαρ, 1 Mos. 16, 1. Gal. 4, 24; הֶבֶל, Ἄβελ, 1 Mos. 4, 2 sqq. Matth. 23, 35; rarius per *asperum*, uti est in הֲדוֹרָם, Ὀδοῤῥά; 1 Mos. 10, 27; — ו modo per Ω, exemplis ubique obviis, ut תְּקוֹעַ, Θεκωέ, 1 Macc. 9, 33., modo, sed hoc rarius, per Αυ, quod habes in אוֹנָן, Αὐνάν 1 Mos. 38, 4; 4 Mos. 26, 19. (in quo voc. sciendum est א literam prorsus ut supra ה *solo spiritu* expressam esse); נְבוֹ, Ναβαῦ, 4 Mos. 33, 47; 5 Mos. 34, 1; חֲזוֹ, Ἀζαῦ, 1 Mos. 22, 22. al. Quapropter non erat, quod Αὐσή damnaret Hieronymus (verba vidd. ap. Rosenm. ad 1, 1.). Quin *Ause* passim *ipse* scripsit.

Sed usitata scribendi ratio tum Hieronymi tum ceterorum patrum *latinorum* est *Osee*, quae cum graeca, frequentiori illa, convenit; hebraeam sequitur *syriaca* atque *arabica* ܗܘܫܥ, هُوْشَعْ.

§. 2.

At enim apud Arabem vates non modo هُوْشَعْ, הושע vocatur 1, 2. bis, sed etiam عُوْزِيَّا, *Usiia* appellatur ib. v. 1., prorsus ut עֻזִּיָּה rex ibidem. Imo inscriptio arabicae conversionis post alia habet: نبوة هوشع وهو عوزيا بن بايري h. e. *Vaticinium Hoseae qui est Usiia filius Beeri.* Unde seriori certe aetati vatem utrovis nomine consuevisse dici collegerunt, non improbante Gaabio S. V., qui in *Diiudicationis antiquarum, quae in bibliis polyglottis anglicanis continentur, Hoseae versionum* part. I. (Tub. 1812. Schramm.) pag. 2. „fieri potuit, inquit, ut, quum „unus aut alter, qui הושע pro aoristo הושיה acci„piebant et vocabulum יְהוָה animo supplebant, *συν*„*ωνυμιαν* nominis הושע (adiuvat me Iova) cum „עזי יהוה aut, quod idem est, עזיה statuerent, in „consuetudinem, ab auctore versionis quoque ad„optatam, veniret, nostrum prophetam — — — „Hoseam modo, modo Usiam vocare.“

Quae quanquam aliquantum adiuvantur tum „more Orientalium, uni eidemque personae plu-

„ra nonnunquam nomina tribuentium“ (id. ibid.), tum adnotatione HIERONYMI, Hoseae vocabulo nomen *Iovae* additum esse perhibentis: tamen argutius quam verius disputata videntur. Primum enim HIERONYMUS postquam docuerat, Hoseae nomen coniunctum esse cum Iovae vocabulo: si vatem passim *Usiam* vocari intellexisset, id hac data occasione adnotare vix neglexisset. Deinde in ipso sacro codice veteris Test. saepius unus aliquis duobus nominibus appellatur, quorum alterutrum satis certo scimus ex antiquo scribentis errore natum esse. Sic עֻזִּיָּה rex in locis qui habentur 2 Reg. 14, 21; 15, 1. 6. 8. 23. 27. עֲזַרְיָה, עֲזַרְיָהוּ, *Asariae* nomine vocatur; neque quispiam inde colliget, utrovis nomine usum esse regem, cum mutati nominis nec vola nec vestigium reperiatur, contra עזיה per literarum vicinitatem in עזריה mutari facile potuerit. Cf. DATHE ad 2 Reg. 15, 30. Neque alia fuit origo nominum יְהוֹאָחָז et עֲזַרְיָהוּ 2 Chron. 21, 17; 22, 6. Cff. *Id.* ad hos ll. nec non K. D. ILLGEN. ad *Tob.* 1, 2. p. 4. Quod autem scriptoribus Hebraeorum ipsis frequenter accidit, id fieri non potuit quin eorundem interpretibus quum omnibus tum iis maxime, qui suas translationes ad conversionem alexandrinam composuerunt, multo frequentius accideret. Et noster quidem statim ab initio conversionis suae duo eaque manifesta istiusmodi mutationum documenta suppeditat, quippe qui, I, 1. ἰωάϑαμ (s. ἰωάϑαν ex ed. Comp.)

gravissimo errore in يواقيم mutet, vs. 3. δεβη-λαείμ (scriptura Cod. Alex. quem proxime accedit Arabs) miro sane بيت لحم reddat. Quare cum haec talia aperte incuriae vel interpretis vel librarii aut aliis nescio quibus caussis in casu positis tribuenda sint: nostro quoque loco magis aurium oculorumve errore [2]) vel quocunque alio casu quam ratione aliqua et observatione [3])

---

2) Aut oculi interpretis (sive lectoris, quod eodem redit) ad vicinum 'Οζίου aberrarunt, quod mihi quidem veri simillimum videtur, aut graecum quo ille utebatur exemplar, *integrum* nomen Hoseae, quod teste Hieronymo in usu erat, 'Ωσαίου puta (הוֹשַׁעְיָה graece 'Ωσαίας) exhibuit, quod verbum ob suam cum vocabulo 'Οζίου et vocum et literarum similitudinem cum eo facile potuit permutari. Vocabulo autem semel recepto etiam ad *inscriptionem* apertus aditus erat.

3) Ad summum id largiar, auctorem inscriptionis fortassis idem illud 'Ωσαίας, de quo supra, ante oculos habuisse, eoque nomine, utpote integro, alterum non integrum, הוֹשֵׁעַ, هُوشَع, 'Ωσηέ, quodammodo *interpretatum esse*, (certe verba وهو عوزيا speciem interpretamenti prae se ferunt; cff. R. Saad. Ies. 11, 2: روح الله وهي روح الحكمة *spiritus dei, qui est, spiritus sapientiae*,) ita ta-

factum putaverim, ut vates Usiae nomine appellaretur.

Cap. II.

De tempore quod Hosea in colendo munere prophetico posuerit [4]).

§. 1.

Perhibet inscriptio, floruisse vatem *Usia, Iothamo, Achaso, Hiskia,* regibus Iudaeorum,

---

men, ut in locum vocabuli هوشعيه uti erat convertendum, nescio qua de causa synonymum عوزيا reponeret; eòque factum esse, ut hoc nomen etiam in verba ipsius prophetae immigraret.

4) De tempore vatis, patria atque provincia disputaturus, cum illa omnia significentur *inscriptione* capiti I. praemissa, pauca huius de *auctoritate* hic praemonenda esse video.

Atque illud quidem vix potest dubitari, inscriptionem *ab aliena manu* profectam esse. Nam orationes non eo, quo se excepisse videntur, ordine dispositae sunt. (Capp. IV. V.) Sed quaenam fuerit ista manus, nemo facile dixerit. De *iudaica* cogitat Rosenmuellerus, „praefixa est, inquiens „(*prooem. in Hos.* p. 25. ed. 2), libri inscriptio haud „dubie ab homine quodam *Iudaeo, qui* quum oracula „dispersa sacrorum scriptorum syntagmati inserenda „unum in volumen colligere aggrederetur, *in tempo-* „*re designando potiorem Iudaeorum regum rationem*

Ierobeamo (*II.*) Israelitarum. Qua temporis finitione nullo modo opus est ut cum DE WETTIO S. V. (*Introd. in V. T.* p. 512. ed. 2.) [5]) indicari

„*a se habendam esse duxerit.*" Sed cum et alia causa cogitari possit, cur auctor inscriptionis *quatuor* Iudaeis *unicum* Ephraimitam adiecerit: facile patet, ea ex re, Israelitane an Iudaeus fuerit, qui librum inscripsit, intelligi vix posse. Causam autem eam dico, quod ordo regum Israeliticorum interregnis semel atque iterum coortis et imperiorum perpetuis vicissitudinibus turbatus tempori vatis accurate describendo parum profecto idoneus erat. Sin vero *potiorem* computandi rationem in eo ponit Vir doctissimus, quod reges Iudaeorum *priori loco* commemorantur, etiam hac ex re nihil licebit colligere, quod faciat ad auctorem inscriptionis inveniendum, cum ex mea quidem sententia Iudaeorum reges eo consilio priori in loco collocati sint, ut *patria* vatis quae fuerit simul innueretur. (Cap. III.) Ex eo autem, quod ab aliena quacunque manu praemissa est inscriptio, non efficitur, eius nullam esse fidem, modo *interna* ne desit auctoritas. Quam nullas habere suspiciones quivis opinor intelliget, qui, quae deinceps dicentur (hoc ipso et seqq. Capp.), attente legerit.

5) Ibi enim inscriptionem ita impugnat Vir doctissimus: „*Wäre auch der Sinn, dass der Prophet* „*von der Zeit an, wo Ierobeam II. und Usia* „*gleichzeitig regierten, bis zu Hiskias ersten Jah-* „*ren geweissagt habe, so betrüge diese Zeit* 80–„90 *J.* (*von* 811 *bis* 726 *v. Chr.*), *was unglaub-* „*lich ist.*"

statuamus, Hoseam *ab illo ipso tempore*, quo Usia Ierobeamo aequalis esse *coeperit*, provinciam suam auspicatum esse. Quid est enim, quod necessitatem nobis imponat, sensum ita constituendi? Quid obstat, quominus adiecta Ierobeami mentione significari existimemus, Hoseam omnino *illo ipso adhuc regnante* munus iniisse? Et nihil si obstat, quid impedit, ne eum *extremis* Ierobeami annis sumamus vatem exstitisse, quemadmodum, cum Iesaia vates 1, 1. in universum *tempore Usiae* orationes habuisse dicitur, id *de anno quo mortuus est Usia* accipiendum esse certo scimus (6, 1.)? Quod si vero extremis Ierobeami annis provinciam noster accepit, posuit ineunte Hiskiae imperio: sequitur, eum *sexaginta* circiter annos (ab a. 784 ad a. 722 ant. Chr. vid. *tab.* in extremo cap.) partes suas egisse, (ROSENMUELLERUS *prooem. in Hos.* p. 26. ed. 2. ann. *quadraginta* numerat, nescio quem computandi modum sequutus;) quod temporis spatium ut longum cuique ita nimium longum nemini videbitur, qui Hoseam haud dubie vix dum *iuvenem* muneri suo admotum esse reputaverit memineritque, Micham quoque atque Ieremiam, qui posterior et ipse provinciam suam admodum iuvenis in se receperat, in colendo munere prophetico tempus posuisse, quod ad tempus Hoseae proxime accederet. Vidd. EICHHORNII *Hebr. Proph.* t. II. p. 2. ROSENMUELLER, *Prolegg. in Mich.* pag. 1., *in Ierem.* pag. 6.

Sed de his haec. Quae si recte disputata sunt, Hoseam ostendunt vatum hebraeorum, quorum quidem scripta supersunt, antiquissimis interfuisse, et tempus omnium maxime diuturnum munus obiisse. Erat autem aequalis *Ioeli*, *Amoso*, *Iesaiae*, *Michae*, quorum duo priores pluribus annis ante, tertius viginti septem, quartus plus quam quadraginta annis post in publicum prodiisse videntur. Primum locum Hoseae Talmudistae concedunt. בבבא בתרא *fol.* 14. *col.* 2.: מכדי הושע קדים .... א׳ ר׳ יוחנן שהיה תחלה לארבע הנביאים שהתנבאו באותו הפר׳ ואלו הן הושע וישעיה עמוס ומיכה.

§. 2.

Quod restat, computationem addimus annorum regum Iudd. atque Israell. inde ab *Ierobeamo II.* ad *Hoseam* usque 6).

6) In dissolvendis difficultatibus, quibus impedita est haec chronologia, ad fontes me potissimum applicui. Nihilominus eorum rationes, qui annos non integros sumtos pro integris dicunt, contra aliquot menses passim non computatos docent, interregna supposita perhibent, respiciendas esse putavi. Sed tanta saepius est locorum tempora indicantium discrepantia, ut vel omnibus adhibitis subsidiis conciliari illi commode prorsus non possint. In huiusmodi igitur locis de scribarum errore ex numerorum permutatis literis nato cogitavi. Ab enumerandis diiudicandisque omni-

Anni

		regg. Iudd.	ante Christ.	regg. Israell.	
Amazias		15	823 7)	1	*Ierobeam II.*
		16	822	2	imperium sus-
		17	821	3	cipit anno 15.
		18	820	4	Amaziae (2
		|	|	|	Reg. 14, 23.),
		23	815	9	tenet annos
		|	|	|	41. (ib.).
		28	810	14	
Usia rebus	1	29	809	15	
publ. praeesse	2		808	16	
incipit an. 15.	3		807	17	
Ierobeami II.	4		806	18	
(2 Reg. 15,	5		805	19	
1.) 8), prae-	|		|	|	

bus chronologorum diversis sententiis propter looi inopiam mihi fuit abstinendum. Ceterum annorum seriem paulo emendatiorem me reddidisse, rerum gnarus facile animadvertet.

7) Si ad Rehabeamum atque ad Ierobeamum I. regna venerunt anno ant. Chr. 975, sequitur ex computatione cum lectoribus alio tempore communicanda, annum imperii Amaziae decimum quintum, eundemque Ierobeami II. primum, in annum incidisse ant. Chr. 823.

8) Habet locus: *an.* 27. עשרים ושבע. Sed haec iis, quae 2 Reg. 14, 23. et ib. vs. 17. cf. 2 Chron. 25, 25. leguntur, manifesto repugnant. Quod si enim anno Amaziae decimo quinto Ierobeamus imperium inivit, Amazia autem postea adhuc quindecim annos vixit: luce clarius est, ad Usiam regnum venisse anno Ierobeami *decimo quinto*. Hinc igitur

	Anni regg. Iudd.	ante Christ.	regg. Israell.
cat ann. 52. (2 Reg. 15, 2.	10	800	24

ut se expedirent, alii interregnum supposuerunt, alii Ierobeamum Ioaso, patri, ad bellum Syriacum profecturo in imperii societatem adiunctum esse suspicati, annum Ierobeami vigesimum septimum (2 Reg. 15, 1.) ab eo tempore computandum esse censuerunt, quo ille cum patre regnare coepisset. Sed neque interregni neque communionis imperii vestigium reperitur. Praeterea temporum sequentium rationes impediunt, quo minus interregnum supponamus. Dahl. (*Amos neu übers. u. erläut.*) p. 6. ad interregnum verissime ita disputat: „*aus* „Cap. XIV, 20. 21. *u.* 2 Chron. XXV, 27. 28., XXVI, „1. *folgt vielmehr, dass Ussiah gleich nach Ermor-* „*dung seines durch seine Schwäche verhassten Va-* „*ters von dem Volke als König anerkannt sey.* „*Und da überdem Ussiah beim Antritt der Regie-* „*rung erst* 16 *Jahre alt war* (2 Kön. XV, 2.), *so* „*hätte er, wenn jene Angabe, nach welcher man* „*auf ein Interregnum von* 12 *Jahren schliessen* „*muss, richtig wäre, bei dem Tode seines Vaters* „*erst müssen in einem Alter von* 4 *Jahren gewe-* „*sen seyn; diess hat aber alle Vermuthung gegen* „*sich, denn da sein Vater Amaziah* 29 *bis* 30 „*Jahre regierte, so muss er bei dessen Tode schon* „*in einem höhern Alter gestanden haben.*" De societate imperii idem V. D. p. 7.: „*dass Ierobeam II.* „*schon* 12 *Jahre Mitregent seines Vaters Ioasch* „*gewesen sey, welche* 12 *Jahre alsdann mit den*

	Anni			
	regg. Iudd.	ante Christ.	regg. Israell.	
cf. 2 Chron. 26, 3.) 9).	15	795	20	
	|	|	|	
	20	790	34	
	|	|	|	
	25	785	39	
	26	784	40	
	27	783	41	
	28	782	}	
	29	781	}	
	30	780	}	
	|	|	}	*Interregnum* 10)

„15 *Jahren, die er allein und synchronistisch mit* „*Amaziah regierte, zusammen addirt, die* 27 *Jahre* „(2 Kön. 15, 1.) *geben würden, ist mir höchst* „*unwahrscheinlich, weil dann Ioasch gleich nach* „*dem Tode seines Vaters Ioahas, dessen Mitregent* „*er* 3 *Jahre gewesen war, seinen Sohn Ierobeam* „*zum Mitregenten angenommen haben müsste, denn* „*nach dem Tode seines Vaters regierte er selbst* „*nur* 12 *Jahre. Gewöhnlich aber pflegten die Kö-* „*nige erst, wenn sie schon eine Reihe von Jahren* „*regiert hatten, ihren Sohn zum Mitregenten zu* „*ernennen.*" Quare ego quidem non dubito cum hoc ipso doctissimo viro falsum istum numerum putare, quippe ex literarum טו (15) cum כז (27) permutatione natum; quam coniecturam etiam aliis nostrae aetatis hominibus video esse probatam.

9) anno imperii primo non integro pro integr. posito.

10) Buddaeus (*Hist. eccl. V. T. t. II.*): p. 519. „Si „Ierobeamus anno Azariae (Usiae) vigesimo sexto

Anni

regg. Iudd.	ante Christ.	regg. Israel.	
35	775		decem annorum et dimidii.
36	774		
37	773		
38	772		
			Sacharia regni potitur an. 38. Usiae (2 Reg. 15, 8.), obtinet 6 menses (ib.)[11] *Schallum* imperium ad se rapit an. 39. Usiae (2 Reg. 15, 13.), tenet mensem unicum (ib.).
39	771		
		1	*Menachem* regnum occupat an. 39. Usiae (2 Reg. 15, 17.), tenet ann. 10. (ib.)[12].
40	770		

„vel vigesimo septimo mortuus est; quo pacto Zacharias anno Azariae trigesimo octavo succedere „potuit? . . . Planissime mihi rem omnem expedire „videntur, qui interregnum . . . constituunt. Sane „turbulentus admodum fuit eo tempore regni Israelitici status (vid. infr. Cap. IV. §. 4.); . . . „unde interregnum aliquod fuisse, mirum non est.“ Rectissime hoc quidem. Sed quod existimant chronologi, interregnum spatium undecim annorum superasse, in eo errant; omnium maxime Kuinoelius, qui (*Hos. Oracc. hebr. et lat.* pag. XXII.) illud annos viginti tres durasse dicit. Tabula loquitur,

Anni

	regg. Iudd.	ante Christ.	regg. Israell.		
	41	769	2		
	42	768	3		
	43	767	4		
	44	766	5		
	45	765	6		
	46	764	7		
	47	763	8		
	48	762	9		
	49	761	10		
	50	760		1	Ei succedit *Pecachia* an. 50. Usiae (2 Reg. 15, 23.), qui
	51	759		2	regnat ann. 2. (ib.).
	52	758	1		Hunc excipit *Pecach* an. 52. Usiae (2 Reg. 15, 27.), ap. quem summa potestas per ann. 20. (ib.).
Iotham capessit imperium an. 2. Pacachi (2 Reg. 15, 32.), tenet ann. 16. (ib. 33. cf. 2 Chr. 27, 1.) 13).	1	757	2		
	2	756	3		
	3	755	4		
	|	|	|		
	8	750	9		
	|	|	|		
	13	745	14		
	14	744	15		
	15	743	16		

11) sex menses, quos Sacharia imperium tenuit, *posteriores* esse anni Usiae trigesimi octavi, ex eo apparet, quod qui Sachariam excepit, atque unicum tantum mensem regnavit, Schallumus, anno Usiae trigesimo nono regnum occupasse dicitur. Vid. ad Schallum.

12) Mensibus imperii primis (anni ant. Chr. 771.) cum anno sequenti pro uno anno sumtis.

13) anno ultimo pro integro sumto.

	Anni regg. Iudd.	Anni ante Christ.	Anni regg. Israeli.	
Huius vices suscipit *Achasus* an. 17. Pecachi (2 Reg. 16, 1.), regnatque ann. 16. (2 Reg. 16, 2. cf. 2 Chr. 28, 1.) [14].	1 16	742	17	
	2	741	18	
	3	740	19	
	4	739	20	
	5	738		*Interregnum* septem annorum [15].
	6	737		
	7	736		
	8	735		
	9	734		
	10	733		
	11	732		
	12	731		
	13	730	1	*Hosea* imperium ad se transfert an. 12. Achasi (2 Reg. 17, 1.) [16].

14) annis imperii primo et ultimo, utrovis non integro, pro integris computatis.

15) Vid. adn. seq.

16) Ita quidem hoc loco. Sed 2 Reg. 15, 30. Hoseam legimus regnum suscepisse anno Achasi quinto (sive potius vigesimo Iothami, ut errore scripsit auctor). Qui loci perbene ita inter se conciliari possunt, ut existimes, Hoseam interfecto Pecacho, anno Achasi quinto, regnum quidem appetivisse, sed propter turbas exortas adeptum esse anno demum duodecimo Achasi. Ad quod cf. Cap. IV. §. 8. adn. 47.

	Anni				
	regg. Iudd.		ante Christ.	regg. Israeli.	
	14		729	2	tenet ann. 9. (ib.)[17].
	15		728	3	
Venit ad *His-*	16	1	727	4	
kiam imperium		2	726	5	
an. 4. Hoseae (2		3	725	6	
Reg. 18, 9. 10.)		4	724	7	
[18]); quod tenet		5	723	8	
ann. 29. (2 Reg.		6	722	9	
18, 2.).					

Ceterum hoc quoque loco falsos esse chronologos in eo, quod interregnum novem annorum ponunt, tabula docet.

17) mensibus postremis anni Achasi duodecimi, quibus regni potitus est Hosea, non computatis.

18) His locis annus Hoseae septimus dicitur Hiskiae quarto respondere, nonus in annum Hiskiae sextum incidere. Unde anno Hoseae quarto Hiskiam imperium suscepisse, sponte sequitur. Repugnant quidem, quae 2 Reg. 18, 1. regnum anno Hoseae tertio ad Hiskiam venisse dicunt. Sed loci supra positi quum sint sanissimi, iisque probatis omnia optime cedant, alterum hunc locum non audiendum existimo.

Cap. III.

Unde fuerit oriundus Hosea et apud quos vates exstiterit.

§. 1.

Hae quaestiones adhuc non eam quam debent interpretum diligentiam expertae sunt. Etenim alii utrumque hunc locum prorsus praetermiserunt, res, ut videbantur, maxime dubias decernendi spe omni abiecta; alii certe nimis breviter praeciderunt. Horum autem ipsorum alii alia statuerunt. Quidam vatem putarunt genere Ephraimitam inter Ephraimitas versatum esse, ut Manger. (*Comment. in Hos.* p. 4.), Eichhorn, (l. l. t. I. p. 71.), de Wette (l. l. p. 311.), Rosenmuell. (l. l. p. 24.); alii ab Iudaeis oriundum in Iudaea orationes edidisse, ut Iahn. (*Einl.* p. 413.); alii denique, inter quos Welschius, Angl. (*Manger.* l. l.), fuisse Iudaeum, sed qui inter Ephraimitas prodierit, existimarunt. Et illam quidem opinionem, quam secundam posui, vanam esse primo adspectu apparet, ut supervacaneum videri possit, quod infra (§. 4.) argumentis eam refutavi. Ad primam autem ac tertiam quod attinet, fateor me aliquamdiu fluctuasse, hanc an illam amplecterer. Attamen quae huc in censum veniunt cum semel iterumque diiudicassem, tandem non potui non eorum in sententiam discedere, qui Hoseam

Iudaeum genere apud *Israelitas* vatem exstitisse arbitrantur. Quam quidem sententiam quomodo defendere posse mihi videar, age iam uberius exponam.

Est autem *bipartita* haec nostra disputatio. *Primum* enim *inscriptio* consulenda et quid luminis afferat rei nostrae quaerendum est; *deinde* ex *argumento orationum* quid probabiliter colligi possit, circumspiciendum erit.

§. 2.

Primum igitur *inscriptionem* si spectas: tempus, quod vates muneri suo tribuerunt, si quidem finitur in fronte libri, regibus finitur, qui eo tempore imperium tenuerunt. Quae temporis describendi ratio in iis vatibus, qui stante utravis civitate floruerunt, haec est. Scilicet in *patria* qui vates prodierunt, eorum tempus ex *solis indigenis* regibus terminatur. Sic Iesaia et Micha provinciam suam administrasse leguntur Usia, Iothamo, Achaso, Hiskia, regibus *Iudaeorum*. Ies. 1, 1. Mich. 1, 1. Erat quippe *Iudaeorum* e civitate uterque oriundus, in *eademque* suo uterque munere functus. Qui vero patriae fines transgressi ad exteros (velut Iudaei ad Israelitas) orationes habuerunt, eorum tempus regibus *utriusque civitatis* finitur, ita tamen, ut indigenae reges *priori loco* collocentur. Quae ratio quanquam unico tantum exemplo confirmari potest, tamen, cum ex re ipsa nata sit, carere omni suspicione mihi qui-

dem videtur. Exemplum autem inscriptio *Amosi* praebet, qui, quoniam *Iudaeus* apud *Israelitas* vates exstitit, hoc modo inscriptus est: „Effata „Amosi — — quae ei patefacta sunt de civitate „Israelitica *tempore Usiae, regis Iudae, et tem-* „*pore Ierobeami — — regis Israelis etc.*" Am. 1, 1. Quamobrem quum inscriptio Hoseae reges *utriusque* civitatis commemoret, eosque hoc ordine, ut *Iudaeorum* reges *priori loco* positi sint, (quod Iudaeorum *plures* proferuntur, Ephraimitarum non nisi *unus*, id nihil facit ad rem, cf. supr. pag. 281. adn. 4.) consequitur, si recte video, Hoseam genere fuisse *Iudaeum* atque inter *Ephraimitas* vatem prodiisse.

§. 5.

Sequitur, ut ex *argumento* orationum quid colligi possit circumspiciamus. Argumento autem ea, quae inscriptione significantur, egregie video confirmari. Nimirum

a) ad *provinciam*, ut ab hac ordiamur, quod attinet, vates Iudaeorum civitatem rarius tantum et leviter attingit, (loci vidd. ap. Rosenmueller. l. l. pag. 25.,) contra regnum decem tribuum [Ephraím [19]), Israel [20])], urbem regiam [21]), sedes

19) 4, 17; 5, 3. 5. 9. 11 sqq. 6, 4. 10; 7, 1. 8. 11; 8, 8. 11 sq. 9, 3. 7 sq. 11. 13. 16; 10, 6. 9. 11; 11, 3. 8 sq. 12, 1 sq. 9. 14; 13, 1. 12 sq. 15; 14, 9.

deorum commenticiorum [Bethel[22]), Gilgal[23]), Gilead[24]), Thabor montem[25])] non modo sexcenties expressis verbis commemorat, sed etiam recta via appellat[26]), ita ut certo certius sit, nostrum inter *Israelitas* in publicum prodiisse. Nam qui ita agit, coram agit.

b) Idem consensus argumenti et inscriptionis se offert, ubi de *patria* quaeritur. Ratio, qua in compellandis Iudaeis passim commemoratis usus est vates, suadet, ut *Iudaeam* ei patriam fuisse credamus. Solent enim morum magistri, quae in proximis quibusque graviter reprehendunt prava studia, eadem in alienis paulo levius ferre. Igitur ut Israelita habeatur Hosea, Iudaeos lenius tractaverit opus est. At enim vero tantum abest, ut Iudaeos, duos si exceperis locos 1, 7; 4, 15., foveat atque tueatur, ut crebro severe eos arguat

---

20) 1, 4 sqq. 10 sq. 3, 1. 4 sq. 4, 1. 15 sq. 5, 1. 3. 5. 9; 6, 10; 7, 1. 10; 8, 1. 3. 6. 8. 14; 9, 1. 7. 10, 10, 1. 6. 8 sq. 11, 1. 8; 12, 1. 14; 13, 1. 9; 14, 2. 6.

21) 7, 1; 8, 5 sq. 10, 5. 7; 14, 1.

22) 4, 15; 5, 8; 10, 5. cf. 15.

23) 4, 15; 9, 15; 12, 12.

24) 6, 8; 12, 12.

25) 5, 1.

26) 1, 2. cf. 5; 4, 1. 15; 5, 1. 3; 8, 5; 9, 1; 10, 9; 11, 8; 13, 9; 14, 2.

perstringatque acerrime (5, 5. 8. 10. 12 sqq. 6, 4 sqq. ib. 10; 8, 14; 10, 11; 12, 1. 3 sqq.), quemadmodum Amos in prima oratione in Israelitas invecturus, priusquam ad hos se convertit, Damascenos (1, 5 sqq.), Gazanos (6 sqq.), Tyrios (9 sqq.), Ammonitas (12 sqq.), Moabitas (2, 1 sqq.), denique et ipsos *Iudaeos* vehementioribus verbis prosequitur, scilicet, ne, cum Israelitas graviter increpet, ceteris gentibus, et omnium minime popularibus parcere videatur.

Atque sic effecisse nobis videmur, quod initio disputationis scriptum est: Hoseam a Iudaeis oriundum vatem exstitisse Ephraimitarum. Restat, ut, quae ab Iahnio et Rosenmuellero (ceteri aut nullas aut infirmissimas rationes attulerunt) in contrarias partes prolatae sunt, sententias paucis refutemus.

§. 4.

Ac Iahnius quidem (l. l. pag. 413.) ex eo, „quod Hosea de rebus terrarum Ephraimitis vici- „narum nihil dicat, saepius etiam quam Amos „Iudaeorum mentionem iniiciat,“ efficere studet, vatem non, ut Amosum, apud Ephraimitas sed *Iudaeorum* in civitate *officii partes implevisse.* Sed *prius* argumentum corruet, simul atque ostendi poterit, causam, propter quam Amos in finitimas gentes invectus est, in Hosea, cum versaretur inter Ephraimitas, locum aut omnino non habuisse, aut certe non eo modo, quo apud Amosum. Ac

potest sane hoc alterum ostendi. Quid est enim, quod ad reprehendendas istas gentes Amosum incitavit? Iniuriae sine dubio, quas paucis annis ante Ephraimitis intulerant (Am. 1, 3. 6. 9. 11. 13; 2, 1.), quae, cum Amos in publicum prodiret, in recenti memoria erant. Iam vero Hosea pluribus annis post Amosum prodiit, quo tempore probabile est vulnerum civitati impositorum iam obductam cicatricem fuisse. Quare si haec talia omisit noster, ea non praeter exspectationem omisisse videri potest. Omnino autem argumenta a silentio ducta, ut aliquam rem verisimilem habeamus, facere tunc tantum possunt, cum a quovis alio argumento destituimur, quo aut recta aut alia via res possit probari. Atqui tali nos in hac causa non esse destitutos, supra ostensum est. Aeque infirma est *altera* ratio. Verum quidem est, Iudaeos ab Hosea quam ab Amoso saepius compellari, sed id iam monui obiter tantum et in transitu fieri, ita ut, nisi sis minutiarum studiosus, exinde nihil possis colligere.

§. 5.

Genus ab Ephraimitis duxisse Hoseam statuit Rosenmuellerus, eam ob causam, quod inter eos prodierit (l. l. p. 24.). Verum exinde nullo modo sequitur, quod placuit Viro doctissimo. Docent enim exempla cum *Amosi*, de quo iam de Wettium (l. l. p. 311.) monuisse

video, tum *alius* ignoti vatis (1 Reg. 13, 1 sqq.), etiam *Iudaeorum* vates aliquando Israelitas adiisse. Neque id quidem mirum habebit eum, qui rationes Israelitarum circumspexerit. (Cap. IV. §. 1.).

Sed hoc non nihil mirandum est, quod Vir summus in suae de patria vatis sententiae patrocinium non vocavit locum 4, 4. Nam si pronomine vocabuli עַמְּךָ ad Hoseam relato cum Rosenmuellero (Mangero, Uhlando, Kuinoelio, all.) convertis: *et populus tuus* sc. *Hosea*, et vera si haec interpretatio est, sequitur, Hoseam genus ab Ephraimitis duxisse [27a]); nam populo isto significantur *Ephraimitae*, et quam nos *patriam*, *urbem patriam* etc. dicimus, Hebraei dicunt *terram*, *urbem*, *populum alicuius*, de quo loquendi usu praeclare apud Gesenium est in *Comm. in Ies.* ad 8, 8., ubi ll. adde Ioel. 1, 6. Sed veram esse interpretationem a Rosenmuellero propositam, equidem ausim negare. Nimirum vs. 1. vates diserte *Israelitas* compellat, atque ad hos etiam in vss. qui subsequuntur 2 et 3. conversa oratio est. Quidni igitur et vs. 4. eosdem illos *Israelitas*, sive potius *Israelem*, (ita postulante

---

27a) nisi fortassis ea de causa sumant nominari *populum Hoseae* Israelitas, quod Hosea apud eos *vates exstiterit*, eodem fere sensu, quo videntur illi 2 Mos. 32, 7. dicti esse *populus Mosis*.

pron. suffico,) quod eodem redit, compellari putemus? Quod *populus* ab *Israele* (Israelitis) distinguitur, in eo nemo offendet, qui cognitum habuerit proprium vatis loquendi usum. Amat enim *singulos Israelitas*, (quos nostro loco *collectivo* Israelis nomine comprehendit,) discernere ab Israelitis simul sumtis, h. e. universo *populo*, hunc *matris*, illos *liberorum* nomine vocans vss. 5. 6. et 2, 4. 6. 7. (ed. Jahn.) cf. Ies. 50, 1.

Cap. IV.

Praemissis nonnullis de ratione, quae vatibus genere Iudaeis cum Samaria intercesserit, quomodo Hosea officii sui partes impleverit, exponitur [27b]).

§. 1.

Decem tribus, tametsi ab reliquis secessionem fecerant, tamen in rebus ad θεοκρατίαν quam

---

27b) Qui campus et ipse adhuc satis incultus iacet atque neglectus. Ad res civiles Israelitarum cf. praeter antiquiorum scriptorum opera, descripta a de Wette in *Archaeol.* p. 25 sq., Kuinoelii *brevis historia temporum utriusque reipublicae inde a Ierobeamo II. usque ad Hiskiam*, eiusd. in Hos. Comment. p. XIII sqq. praemissa.

dicunt pertinentibus cum gente Iudaeorum unum quasi corpus efficiebant; in his rebus utraque civitas erat sororio velut vinculo iuncta. Tenebantur enim ut antea iisdem legibus omnes, Mosaicis inquam. Igitur vates Iudaici res Ephraimitarum non poterant non suas facere, earumque rationes circumspicere, quemadmodum vicissim vatum Ephraimiticorum erat, ad Iudaeos animum advertere.

Iam vero rerum Israeliticarum a primis initiis ad finem usque civitatis, pauca si exceperis laetiora intervalla, tristissima facies erat, sive reges spectas, sive sacerdotes, sive populum denique ipsum. Imperium nullis legibus adstrictum [28]), discordiae intestinae [29]), bellum externum [30]), foedera cum alienis populis inita [31]); sacerdotes rituum sectatores [32]), cultus commenticiorum deorum publica auctoritate invectus [33]), simulacra usque quaque [34]), cultorum Iovae, Eliae aetate, in universum non

28) Mich. 3, 1 sqq.

29) 2 Reg. 15, 27. 29; 16, 9 sqq. 15 sqq. 2 Reg. 9, 13 sqq. cap. 10; 15, 10. 14. 16. 25. 30.

30) 1 Reg. 15, 16 sqq. capp. 20. 22; 2 Reg. 3, 1 sqq. capp. 6 sq. 13; 14, 8 sqq. 15, 29; 17, 3 sqq.

31) 2 Reg. 15, 19 sqq. cap. 37; 17, 4.

32) Hos. 5, 2; 6, 6; 8, 13.

33) 2 Reg. 12, 28 sqq.

34) Am. 3, 14; 4, 4 sq. 5, 5. 26; 8, 14.

amplius septem millia[35]); mores populi penitus corrupti[36]).

Ac vates Ephraimitarum quales, rebus ita se habentibus, in potestate divinitus data se exhibuerunt? Scilicet ingens numerus cum Baale faciebant (1 Reg. 18, 19. 22. al.), ii vero, qui Iovam sequebantur, legum Mosaicarum et ipsi parum tenaces, causam suam non ea qua par erat auctoritate defendebant, principibus quippe addicti, iisque, paucissimis exceptis (ut Micha, 1 Reg. 22, 8 sqq.), ad omnia parati. Quod cum aliis, tum loco 1 Reg. 22, 1—18. aperte video indicari. Scilicet Iosaphat ab Achabo rege bellum in Syros parante interrogatus: velletne socius esse belli, ut *vates Iovae* antea consulerentur, postulavit. Qui quum *uno ore* (vss. 12. 13. 23.) belli felicem exitum praedixissent, rogaretque Iosaphat: nonne praeter hos alius adesset Iovae vates, quem consulerent? esse quidem adhuc *unum*, ille respondit, quem de Iovae voluntate percontari liceat, verum se eum odio habere, quia *nunquam fausta* (ut ceteri omnes,) *tantum infausta sibi vaticinetur.* — Praeclarum vero genus prophetarum, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad

35) 1 Reg. 19, 18.

36) Am. 2, 6 sqq. 3, 10; 4, 1; 5, 7. 10 sqq. 8, 4 sqq. Mich. 2, 1 sq. Hos. 4, 1 sq. 6, 4; 7, 1; 9, 9; 10, 4. In universum 2 Reg. 17, 7—17. 21. 22.

veritatem! Quin ne Elias quidem munus suum integro exsequutus esse videtur. Loco certe 1 Reg. 19, 10. 14. ubi de cultu Iovae neglecto graviter queritur, cultum imaginum non accusat, ut apposite monet EICHHORNIUS (l. l. t. III. p. 557.)

Causae autem, propter quas officii divinitus sibi demandati immemores non, quae dei essent, ea docuerint, sed quae regibus grata fore sperarent, ea protulerint, vix quemquam diu latere possunt. Cernuntur illae cum in communi omnium Ephraimitarum languore atque rerum divinarum inde ab origine civitatis imminuto studio; tum in eo, quod vates non nisi regio muniti praesidio ab fictorum deorum vatibus se tueri et capitale, quod in eos habebant odium, explere poterant [37]), reges autem maximam partem aut rerum divinarum curam omnino nullam habebant, aut sacra numinibus falsis ferebant [38]); tum denique in eo, quod vatum magna pars regiis, nisi omnia me fallunt, sumtibus alebantur [39]).

---

37) Baalitarum regnante Achabo quadringenti et quinquaginta simul mactati, 1 Reg. 18, 22. 40; Iehu sub imperio quotquot templum capere poterat occidione occisi, 2 Reg. 10, 21. 25).

38) Exemplorum cum plena est Israelitarum civitas, tum luculentissimum edidit Iehu, qui postquam crudelissimam illam Baalitarum caedem fecerat, ab aureis vitulis nequaquam abstinuit, 2 Reg. 10, 28 sq. 31.

39) Habuisse vates, non modo, quae ad victum sup-

Quas quidem perditas atque desperatas Israelitarum res cum animadvertissent vates Iudaeorum, fieri aliter non potuit, quin ad illos se converterent, ita quidem, ut modo orationibus in lucem emissis e longinquo eos increparent, (Ies. capp. 7 sqq. 17. 28. al., Mich. 1, 5; 2, 12; 3, 19. al.), modo adirent eos perstringerentque praesentes.

At si quis alius, post Amosum Hosea causam habuit, cur Ephraimitas adiret, ut non tam

---

peditarent, verum etiam ad *beatiorem sortem* facerent, intelligitur iis, quae Bethele Amaziam inter et Amosum gesta narrantur Am. 7, 10 sqq. Nam cum sacrificulus Amosum ita compellat: proficiscere, vates, amove te in terram Iudaicam; *ibi vive, ibi cane:* aperte munus vatis pro tali habet, ex quo idonea merces redeat. Quod habere profecto non potuisset, nisi suae ipsius patriae vates, Iovae aeque ac Baalis, sibi parassent, unde bene viverent. Nam Iudaeorum vates, qui quidem Iovam sequebantur, quorumque e numero Amosum esse, latere Amaziam non potuit, laborum nulla nisi carceris et sanguinis praemia tulerunt. A *regibus* autem ut credam mercedem istam accepisse vates Israelitarum, me adducit locus 1 Reg. 18, 19., quo *quadringentos* Ascherae prophetas sumtibus Isabelis reginae vixisse edocemur. Ceterum non dubito, fuisse etiam, qui res ad vitam necessarias honeste quaererent, tales quippe, quibus vigor legum cultusque integritas magis quam ceteris cordi esset. (1 Reg. 19, 19 sq.). Cf. de toto hoc loco Eichhorn, l. l. p. 555 sqq.

mirum sit, hunc vatem Israelitas aggressum esse, quam foret mirandum, si patriae finibus se continuisset.

§. 2.

Est autem munere vates ita perfunctus. Nimirum Ioaso a. 823 ante Chr. mortuo imperium *Ierobeamus II.* suscepit, illudque tenuit annos 41. Animo ad res gerendas patre paratior insignem ille quidem a Syris victoriam reportavit. Terras enim inde a mari mortuo ad Damascum, opulentissimam urbem, atque Chamatem[40], Salomoni olim stipendiarias (1 Reg. 4,

40) Quin etiam *ultra* Chamatem imperium protulisse, usque nimirum ad *Euphratem*, cum Kuinoelio (l. l. p. XIII.) Dahlius coniecit, qui ad *Amosum* suum pag. 8. haec habet: *„ja aus 2 Kön.* 15, 16. *„scheint sogar zu folgen, dass sich seine Eroberun„gen noch weiter, bis auf Tapsacus* (תִּפְסַח), *„das nach d' Anville noch über den 35° der Breite „liegt, erstreckt haben mögen; nur würde dann „der Besitz dieser Stadt, wegen der Stelle unsers „Amos Cap. VI,* 14, *wahrscheinlich in die spä„tern Zeiten Ierobeams II, erst nach den Aus„sprüchen des Amos zu setzen seyn.“* Quae opinio quominus a me probetur, varia obstant. Primum enim de regno ab Ierobeamo II. adusque Tapsacum (s. Tiphsachum) urbem, (ad Euphratem puta, eandem illam, cuius Xenoph. [*Anab.* 1, 4.], Arrian. [*Exped. Alex.* 3, 7.], Plin. [*Hist. Nat.* 5, 24.] al. mentionem faciunt,) amplificato auctor librr. Regg.

21. 24.), post amissas, Ephraimitis restituit (2 Reg. 14, 25. 28.), plane ut oraculo ediderat Iona,

---

eo loco, quo victorias regis enarrat (2 Reg. 14, 25. 28.), *nihil* significat; deinde si expeditionem, de qua loquimur, rex suscepit, eam ob locum Am. 6, 14., ut ipse fatetur Vir doctissimus, sub ultimos imperii annos susceperit necesse est, hoc est grandior natu, (ad minimum sexaginta habens annos,) qua qui sunt aetate, ad pericula in tam remotis terris subeunda neque ipsi parati sunt, neque ad eadem alios facile provocant, pacis quippe amantes; denique תִּפְסַח quod habetur loco ab auctore laud. 2 Reg. 15, 16., esse Tapsacum *ad Euphratem*, non nego sed pernego, ea de causa, quod Menachem non is erat, qui in tam latum terrarum spatium, quale Tirzae, oppido Ephr., et Tapsaco interiectum est, tamque magnam et locupletem urbem (Xenoph. l. l.) victricia arma proferret. Quod Salomoni contigit (2 Reg. 4, 24.) totius Israelitarum regni potentissimo domino, de eo civitatis a capite revulsae omnique scelere inde ab initiis laceratae regulo ne licuit cogitare quidem. Cum Rosenmuellero igitur (*Handb. der bibl. Alterthumsk.* t. I. vol. II. p. 270.) aliisque statuendum erit, Tapsacum loci l. aliam eiusdem nominis urbem fuisse, sitam eam propius a Samaria. Atque ita Ierobeamum terram trans Chamatem bello superasse, opinor, recte negatur. Neque aliter Eichhornio visum est, adnotanti ad Am. 6, 14. (l. l. t. I. pag. 56.): „*Hamath bis zum Arnon oder das todte Meer war die weiteste Ausdehnung des Reichs nach Ierobeam's II Eroberungen.*“

vates Gatchepherensis (l. l. vs. 25.). Neque ulla dubitatio est, quin per tam longam annorum seriem idem pacis artes coluerit, agriculturam, rem pecuariam, mercaturam iuverit auxeritque. Sed interna civium felicitas etiam magna ex parte in sacrorum integritate posita est, cui tantum abfuit ut pio animo rex prospiceret, ut rebus bene gestis elatus cultum falsorum deorum, a Ierobeamo I publica auctoritate ac solenni ritu sancitum (1 Reg. 12, 28 sqq.), servare omni modo studeret (2 Reg. 14, 24. cf. Am. 7, 10 sqq.). Unde mirum non est, εἰδωλολατρείαν longe lateque divulgatam Ephraimitarum animos, in rebus divinis ex suopte ingenio lentos, adeo usque occupasse, ut omnem fere summi numinis metum extruderet, et splendida illa flagitia, quae, cum fortunae in gremio sedemus, per se facile gignuntur, inter primores maxime civitatis indies increbescerent.

Huic igitur ut medicina malo pararetur, *Hosea* vates, Iudaeus genere, sub ultimos Ierobeami II annos, non ita multo post Amosum patriae fines transgressus, orationibus, quae capp. 1—3. 9. et 12, 8 sqq. continentur, editis (argumenta, quibus intelligitur, orationes hoc tempore scriptas esse, vidd. inf. Cap. V. §. 1. 2. 3.) Ephraimitas acriter perstringere, impios eorum animos vivis coloribus depingere, et, nisi ad meliorem frugem redirent, minari ultima coepit.

§. 3.

Sed qui potuerunt in rebus secundis sequi

salutaria consilia, quibus ne in adversis quidem utebantur? Obdurati animi flectique nescii. Imo ad deteriora mox omnes delapsi. Ierobeamo enim anno ante Chr. 783. defuncto plures simul regnum appetivere, qua insana dominandi cupidine, cum nova semper conflata seditione alter alterum regno expelleret, *interregnum* factum est decem annorum et dimidii (pag. 286 sq.), ut, quo laetior ante fuerat regni externa conditio, eo nunc tristior esset. Quibus temporibus qui fuerint mores, nemo non divinare potest, cum ne sacerdotes quidem civium tumultus a se alienos arbitrarentur.

Quare Hosea oratione nova cap. 4. (vid. Cap. V. §. 4.), eaque mira cum gravitate ac libertate composita, proceres omne ius fasque violare queritur, sacerdotes, quam tueri debeant religionis causam, non modo negligere, verum etiam contraria facere, privatos denique homines in turpissima quaeque flagitia ruere; nullam esse fidem, pietatem nullam, caedium rapinarumque omnia plena.

§. 4.

Qui vero post turbulenta illa et maxime luctuosa tempora proximi habenas regni ad se rapuerunt *Sacharia* (772—771) et *Schallum* (771) reges, ii et ipsi uberrimam reprehendendi materiem dederunt, alter commentitiorum deorum nefario cultu (2 Reg. 15, 9.), alter sanguine facien-

do (ib. vs. 10.)[41]; ut dubitare non possis, vatem per hoc quoque temporis intervallum, ceterum brevissimum, sedulo munere functum esse, licet, quae in regulos istos cadant orationes, in bibliis non legantur.

§. 5.

Sed ab hoc tempore, imperio puta *Menachemi* (771—761), satis certo scimus, vatem iterum fortiter ut antea ad communem salutem iuvandam egisse. Causa, cur statim sub primos Menachemi annos in medium procederet, haec erat. Scilicet quum Menachem, audita caede in Sacharia rege commissa, Tirza, ubi tum temporis agebat, Samariam advolasset, caesoque Schallumo rerum ipse potitus esset: Tiphsachitae, quos Schallum hauddubie in suas partes duxerat, officia constanter detrectabant. Facta igitur eruptione ex urbe Tirzae, in quam Samaria se receperat[42],

41) Sacharia sexto mense, postquam regnare inceperat, a Schallumo, spectante magna populi multitudine necatus; qua ratione evenit, quod ex superioris aevi vatibus aliquis oraculo praedixerat: posteros Iehu ad quartam stirpem reges futuros esse. (2 Reg. 10, 30. cf. Hos. 1, 4.)

42) מִתִּרְצָה non cum Rosenmuell. (*Alterthumsk.* t. I. vol. II. p. 270.) aliisque *inde a Tirza* converterim, quasi tota regio Tirzae et Tapsaco interiecta a Menachemo devastata esset, quod parum probabile est, sed: *excursione ex oppido Tirzae facta.*

Menachem Tiphsachum [43] expugnavit, quidquid incolarum erat iugulavit, regionem circumiacentem vastavit (2 Reg. 15, 16.). Sed paulo post hanc expugnationem Phul, rex Assyriorum, a Tiphsachitis ut videtur in auxilium vocatus, Menachemum bello persequutus est, eumque mox ita afflixit, ut pacem ille non posset nisi vi magna pecuniae redimere (2 Reg. 15, 19.). Quam cum Menachem, aerario publico dudum exhausto, a civibus extorsisset (l. l. vs. 20.): latere vatem non potuit, magnopere timendum esse, ne seditio, vix ac ne vix quidem sedata, maximo omnium detrimento redintegraretur.

Oratione igitur, quam cap. 8. habes (Cap. V. §. 5.), gravissimis illa verbis sententiisque referta, cum Ephraimitis expostulat, atque iactura, quam nuper res publica fecerit, ob oculos posita, ut caveant admonet ab omni societate cum rege, qui, cum amicitiam prae se ferat, sua tantum curet, et si quid reliquum sit de pristino civitatis flore, more belluarum hoc omne devoret.

§. 6.

Neque ita multo post aliam orationem habuit. Postquam enim *Pecachia*, de quo nihil traditum est, nisi quod Menachemo simillimus fuerit (2 Reg. 15, 24.), per biennium (760 — 759) regnaverat: *Pecachus* cum Argobo et Ariaeo,

43) Vid. adn. 40.

qui regi a consiliis fuisse videntur, et quinquaginta Gileaditis in mortem eius coniuravit, eumque Samariae interfecit (2 Reg. 15, 25.).

In quod regicidium virili oratione, quae cap. 6. legitur (Cap. V. §. 6.), vates invectus est.

§. 7.

Verum si unquam in rebus gerendis virum fortem atque intrepidum animo se gessit vates, id eo tempore factum est, quod nunc sequitur. Iam enim occasus imperii appropinquabat, id quod commovere vatem iam nunc aetate provectum ac sollicitare eo magis debuit, quo maiorem proculdubio Usiae felix faustumque imperium adolescenti spem fecerat, fore aliquando, ut decem tribus pristinam cum reliquis societatem restituerent.

Ac prima quidem huius temporis procella a Pecacho (758 — 739) excitabatur. Hic enim, sive ut damnum ab Assyriis illatum restitueret, sive quia prosperam fortunam, qua Iothami sub imperio utebantur, Judaeis invidebat: sub finem imperii Iothami foedus cum Rezino, Syriae rege, adversus Iudaeos iunxit (2 Reg. 15, 37.), eo tamen, ut videtur, consilio, ut non nisi mortuo Iothamo belli initium facerent. Erant enim sine dubio probe intelligentes, si vivo adhuc Iothamo, forti ac considerato viro, belli fortunam experiri vellent, inferiores se esse discessuros. Sub ipsis au-

tem initiis[44]) imperii Achasi, iuvenis, Iudaeam ingressi Hierosolyma circumsederunt (1 Reg. 16, 5.)[45]). Quae expeditio insanabile vulnus Ephrai-

44) Illud certum est, susceptam esse expeditionem intra quatuor priores Achasi annos. Nam Pecachus obiit anno, postquam imperium ad Achasum venerat, quarto. Cf. p. 289.

45) Expeditionis a Pecacho et Rezino susceptae, bellique Assyrici inde exorti alia adhuc habetur narratio, copiosior multo, et quae ab hac nostra haud parum recedat. Legitur ea 2 Chron. 28, 5 sqq. Hinc interpretes duas expeditiones fuisse fere omnes voluerunt, in eo tantum discrepantes, utra prior fuerit, eane, quae 2 Reg. 16. describitur, an illa, quae l. l. Chr. narratur. Sed unam eandemque utroque loco narrari, cum Gesenio (*Comment. in Ies.* p. I. p. 269.) existimandum puto. Scilicet *secundae* expeditionis ne vestigium quidem reperitur; quae vero in utraque narratione inter se dissentiunt, ea rationibus tribuenda esse videntur, quas sequi libros Chronicorum omnibus constat. Sed de toto hoc loco Gesenius ipse audiendus est, qui l. l. ita disputat: „*Zur Verwerfung der ge-*„*wöhnlichen Ansicht reicht schon der Umstand* „*hin, dass keiner von beiden Schriftstellern auch* „*nur ein Wort von einer zweiten Invasion sagt* „*(denn 2 Kön.* 15, 37. [ita corrige numerum] „*spricht bloss von feindseliger* ***Gesinnung*** „*dieser Könige gegen Juda* [vid. supr.]); *ausser-*„*dem ist aber das, was die Chronik mehr und* „*anders erzählt, nach aller Analogie auf den* „*theils übertreibenden, theils paränetischen Cha-*

nitarum civitati imposuit. Nam Achasus rebus desperatis auxilium imploravit (ib. v. 7. 8.) Tiglatpileseri, Assyriorum regis, qui occasionem nova e turbis commoda capiendi avidissime amplexus, irruptionem in terram Ephraimitarum fecit, atque, regionibus trans Iordanem sitis et superioris Cananaeae nobilissimis partibus sub potestatem redactis, incolas Cirenem abduxit (2 Reg. 15, 29.)[46].

„rakter der Chronik zu schieben. Zu den wunder-„süchtigen Uebertreibungen gehören die ungeheuern „Zahlen, auch lässt der Chronist den Ahas „seine Söhne“ (die ältere Relation weiss nur von „Einem) opfern, um den abgöttischen König „noch verwerflicher darzustellen. Nach dem pa-„ränetischen Charakter der Chronik musste ferner „der abgöttische König möglichst hart gestraft wer-„den (vgl. 2 Chron. 25, 20. mit 2 Kön. 14, 11.), „daher er nicht mit der Furcht (und Zinsbarkeit) „davon kommt, er leidet Niederlagen, und der „König von Assyrien hilft ihm nicht einmal. Hie-„her gehört endlich die Rede des Propheten, die „ganz in der Manier der Chronik ist (2 Chron. „13-19, 2 ff. — 25, 7 ff.), so wie der apokryphi-„schen Historiker. Die speciellen Namen der „Chronik (V. 7. 12.) können diese Ansicht nicht „stören, und beweisen nur, dass der Sammler der „Chronik vollständigere (aber desshalb nicht siche-„rer geschichtliche) Quellen vor sich hatte.“ Cf. Grambergi liber, cui titulus: *Die Chronik nach ihrem geschichtl. Charakter und ihrer Glaubwürdigkeit neu geprüft* (Hall. 1823.) p. 209 sq.

46) Quo facto etiam in Syriacam regionem invasit,

Quam calamitatem deprecari vates studuerat oratione, quae inest cap. 5. (Cap. V. §. 7.) Sed verba ventis profusa,

---

Damascum cepit, et interfecto rege incolas terrae bello partae eodem prorsus modo ut Israelitas tractavit (2 Reg. 16, 9.). Dicat quidem aliquis: Pecachus et Rezinus iunctis viribus Iudaeam invaserant; utriusque erga Iudaeam par ratio erat; utrumque ut vindicaret, a Tiglatpilesero Achasus petierat: „Misit enim Achasus legatos ad Tiglatpi„leserum, Assyriae regem, qui ab eo peterent, ut „adesset, et se -- a Syrorum et Israelitarum regi„bus, a quibus oppugnaretur, defenderet." 2 Reg. 16, 7. Quod si igitur in terras Naphtalitarum atque Syrorum expeditiones *eodem fere tempore* susceptae essent ab Assyrio: utramque auctor librr. Regg. hauddubie coniunxisset. Sed nihil tale. Alio loco expeditio Naphtalitica (2 Reg. 15, 29.), alio expugnatio Damasci narratur (ib. 16, 9.). — Audio. Sed hanc quoque difficultatem cum Gesenio (l. l. pag. 352.), puto esse eam, quae, simul atque consideraveris, quae fuerit origo librorum Regum, facillime removeatur. Nimirum res gestae Iudaeorum e commentariis depromta sunt regum Iudaicorum, Israelitarum e commentariis regum Israeliticorum, hac ratione, *ut nihil suo loco moveretur*. Iam vero commentariorum illorum auctores in enarrandis rebus ita versati erant, ut, quae ad *suam* civitatem pertinerent, utrique exponerent, contra, quae ad alienos spectarent, ea mitterent. — Quod autem expeditionem Naph. *antegressam*, alteram sequutam esse ponimus, eius rei causam habes Ies. 8, 23. col. cum vs. 4. quos ad ll. vid.

§. 8.

Neque melius ei res cessit proximo tempore. Quemadmodum Pecachi sub imperio bellum externum, ita postquam ille (a. 739.) ab Hosea interfectus erat, discordiae intestinae civitatem lacerabant, scilicet ut damna damnis continuarentur. Iam eadem rerum facies, quae fuerat tempore primi interregni. Civitas per septem annos nuda a magistratibus (p. 289.), atque in duas scissa factiones, quarum altera ad Assyrios, ad Aegyptios altera confugiebat [47]), sacra neglecta, mores

Gesen. Alii, ut Schröer. (*D. Proph. Hos.* p. 60.), Kuinoel. (l. l. p. XVIII.), Iahn. (*Archäol.* p. II. t. I. p. 181. ed. 2.), Rosenmueller. (*Alterthumsk.* t. I. p. II. p. 105.) in contrariam eunt sententiam, sed quibus adducti sint rationibus, non dicunt.

47) Uti potest intelligi iis, quae 2 Reg. 17, 3. narrantur. Ibi enim Salmanassar Hoseam bello persequutus esse dicitur; quod fecit, si recte statuo, aut ab Hoseae quodam aemulo in auxilium arcessitus, aut quia Hosea in appetendo regno Assyriorum praesidio ipse usus erat, sed voti compos factus conditionem, quacum erat regnum adeptus, omiserat. (Interpretes bellandi causam in eo reperiunt, quod Hosea Assyriis tributa pensitare recusaverit; falso id quidem. Vid. adn. seq.) Postquam autem pars ad Assyrios confugerant, probabile est, adversariam partem Aegyptiis se applicuisse, eoque probabilius, quod paucis annis post hoc bellum id factum esse certo scimus.

hominum in dies magis lapsi: quamvis vates oratione capp. 13 et 14. proposita (Cap. V. §. 8.) inflammato animo verba faceret, civilium armorum terrores turbulentis sub adspectum subiiceret, leges demersas excitaret, bellum Assyriacum denuntiaret, ad virtutem miseros revocaret, imo, si morem gererent, neque ad Assyrios Aegyptiosve confugere amplius vellent, felicitatis pristinae restitutionem etiamnum polliceretur.

§. 9.

Sed summa vatis in munere administrando religio sub finem maxime elucet imperii. Nimirum *Hosea*, regno a. ant. Chr. 731. tandem potitus, cum perfidior quam prudentior esset, Salmanassari, Assyriorum regi tributarius factus erat (2 Reg. 17, 3.) [48]). Cuius iugi pertaesus e ditione

---

48) Interpretes cum antiquiores tum recentiores caussam huius belli (de qua quid nobis videatur adn. praeced. significavimus) in eo ponunt, quod Hosea tributa Assyriis pendere recusaverit. Loco omnium ponatur Kuinoelius, qui l. l. pag. XIX. „*recusante*, inquit, (Hosea) *porro Assyriis tributa* „*pensitare*, Salmanasserus, rex Assyriae, contracto „magno exercitu, adeo felici successu regionem in„vasit, ut Hoseas, qui tantis copiis obsistere non „posset, facile ad fidem et officium compelleretur." At enim initio fere imperii Hoseam neque *detrectasse* tributa, neque omnino tributarium *fuisse*, sed *factum esse* verba narrant: עָלָיו עָלָה

in libertatem se vindicare nunc ille studebat. Sed idem probe intelligebat, ad arma ubi ventum esset, omni destitutum auxilio hosti se imparem fore. Tali igitur periculo cum premeretur Hosea, non aliter inde se extrahere posse existimabat, quam ope adiutus Soo, Aegyptiorum regis. Per legatos ergo foedus contra Assyrios cum eo iunxit (l. l. vs. 4.), anno imperii sexto.

Sed hoc foedus, quod vehementer regem ne feriret hauddubie dehortatus erat, vates exitio potius, quam saluti patriae futurum esse ostendit orationibus quae cap. 7., capp. 10–12, 1–7. exstant, (Cap. V. §. 9. 10. 11. 12.), cum ubertate et copia, tum vi et pondere omnium longe praestan-

---

שַׁלְמַנְאֶסֶר וַיְהִי—לוֹ הוֹשֵׁעַ עֶבֶד וַיָּשֶׁב לוֹ מִנְחָה.
Nam הֵשִׁיב מִנְחָה simpliciter est: *tributa pendere* (cf. 2 Reg. 3, 4. al.), adhibito *referendi* vocabulo ob *rei iterationem*, plane ut in Latinorum *referre sacra* Aen. 5, 598. 603. Sed fac, fuisse regi tributa facienda: quaenam illa fuerunt, quo tempore imposita et a quo? Respondent: tempore *Menachemi*, a *Phule* 2 Reg. 15, 19. (Rosenmueller. ad *Hos.* p. 333. inf.). At enim quae Phuli mille talenta argenti Menachemus dedit, ea *semel* dáta esse, vel eo intelligitur, quod verba simpliciter sic habent: וַיִּתֵּן מְנַחֵם וגו׳ minime vero וַיָּשֶׁב quemadmodum in iis locis, ubi de *annuis* tributis sermo est, ut supra 2 Reg. 17, 3; ib. 3, 4; 2 Chron. 27, 5. Ps. 72, 10. — Caeterum quivis videt, orationem vatis (13, 15.) hoc bello eventum habuisse.

tissimis. Nonne cives essent tam longo facti sapientiores aevo? tot plagis afflicti, tot cladibus caesi? Adfuturum violati foederis vindicem, eos Aegyptiis ludibrio positos puncto temporis oppressurum. Iamiam ad extrema ventum, neque ullam salutis spem superesse. Patria migraturos omnes. Sive Iova punisset, sive iuvasset, pessimam semper gratiam iniisse. Mox in eosdem misericordia motus in memoriam pristina beneficia ab Iova indignis licet exhibita revocat, atque affectu paterno, ut tandem sapere audeant, filios degeneres sic rogat, ut qui maxime et summa contentione solent, imo amore erga miseros intimo victus praemia pollicendo flectere animos studet.

§. 10.

Sed oleum et opera perdita. Salmanassar, seditione comperta rediit, Hoseam proelio cepit [49],

[49]) Communis opinio est, Hoseam *post* expugnatam Samariam a Salmanassare captum esse. Placuit enim, ut videtur, וַיַּעַל vs. 5. loci supr. l. esse *plusquamperfectum*; ita certe Castellioni, Dathio aliisque visum est. Dathe: „Propterea eum (Ho-„seam) rex Assyriae vinxit et in carceres coniecit „(vs. 4.). Nam cum terram Israeliticam *invasisset*, „aggressus quoque est Samariam etc." (5.). Sed falsa est haec conversio. וַיַּעַל tantum abest ut sit: *quum invasisset*, h. e. ut factum indicet, quod alterum illud vs. 4. *antecesserit*, ut *contrarium* significet. Vav relativum fut. (conversivum dicunt)

eumque Samaria triennio post expugnata, anno imperii nono, ante Chr. 722., una cum magna

---

consequutionem indicat, aut temporis, ut hic, aut cogitationum. Plusquamperfecto si scriptor voluisset uti, וְעָלָה s. עָלָה omissa copula scripsisset. Nam praeterito exprimitur plusquamperfectum. Cff. 1 Sam. 19, 18: וְדָוִד בָּרַח *David autem fugae se dederat;* Ies. 6, 6: בְּמֶלְקָחַיִם לָקַח מֵעַל הַמִּזְבֵּחַ (quem carbonem) *forcipe sumserat ex ara.* Vidd. Gesen. *Lehrgeb.* p. 762. Ewald. *Krit. Gr.* p. 543. — Sed potest etiam *illaesa* vi Vav relativi defendi ista sententia, nimirum ita, ut statuas verbis inesse ὕστερον πρότερον. Nam quum de *rege* eiusque cum Aegyptiis foedere auctor exposuisset, induci facile potuit, ut ante omnia his adderet, quae e facto isto male sano in *regem* mala redundarint, et tum demum de Salmanassaris in Samariam facta expeditione narraret, licet comprehensionem Hoseae illa fuerit antegressa; scilicet ex more vulgaris narrationis, quae haud raro neglecto naturali rerum nexu ea coniungit, quae pertinent ad *eundem* aliquem sive hominem sive rem. Atque hanc rationem si sunt sequuti, qui regem *post* expugnatam Samariam in vincula coniectum esse arbitrantur, rerum Israeliticarum scriptores: equidem haud scio an recte iudicaverint. Veri enim similius est, Hoseam imminente hostili exercitu in Samariam se recepisse, Aegyptiorum fretum auxilio, quam Salmanassari obviam profectum in aperto campo cum eo conflixisse.

Israelitarum multitudine captivum abduxit (2 Reg. 17, 4—6.).

Quod urbis regnique excidium non dubito quin Hosea vates spectaverit, quippe qui ultimas orationes lacrymis et commiseratione plenas paulo ante habuerit. Sed quod ille vidit triste exitium, certe non superavit. Iam enim octogenarius erat sanctus senex, atque ita satur dierum suorumque ignominiam ferre impatiens vitam hauddubie una cum libertate amisit.

Cap. V.

Argumenta quibus singulas orationes temporibus supra notatis habitas esse intelligitur.

§. 1.

De orr. capp. 1—3. *Cf. p.* 305.

Mira est harum orationum et argumenti et imaginum similitudo, ut non possint non eodem tempore esse recitatae. Quod *Ierobeami II* fuisse, vel eo aliqua ex parte intelligi potest, quod vates in his orationibus *totus* in reprehendendo cultu falsorum deorum versatur, ita ut praeter hanc nullam idoneam vituperandi materiem invenisse videatur; nam reprehensio *εἰδωλολατρείας per se* nihil potest facere ad finienda tempora orationum, cum reges inde ab Ierobeamo II *omnes* commen-

ticios deos coluerint, ut *Sacharia* (2 Reg. 15, 9.), *Menachem* (ibid. 15, 18.), *Pecachia* (ib. 15, 24.), *Pecach* (ib. 15, 28.), *Hosea* (ib. 17, 2.). Sed habent ad hoc prima certe et altera oratio, quibus opinio nostra citra omnem fere dubitationem ponatur. Etenim orationem cap. 1. ante violentam mortem Sachariae (p. 306 sq.) editam esse, ex eo colligitur, quod vates 1, 4. familiam Iehu brevi *extinctum iri* dicit. In tempus igitur incidit aut Ierobeami, aut interregni I, aut Sachariae. Sed per interregnum aut Sachariae imperium si habita esset, funestior haud dubie morum descriptio foret. Deinde quae 2, 16 sqq. de civitatis flore leguntur, ea Ierobeami in aetatem egregie conveniunt, in subsequuta tempora neutiquam cadunt. Eidem tempori orationes adscribunt KUINOEL. (l. l. p. XXVII.), ex antiquioribus LIGHTFOOT., al., de qq. vidd. UHLANDI *Annott. histt. exegg. in Hos.* p. I, p. 13 sq. Ceteri rem integram reliquerunt.

§. 2.

De or. cap. 9. Cf. p. 305.

Eadem me tenet opinio de oratione cap. 9. Ratio inest in vss. 1. 6. 11. coll. cum 2, 16 sqq. (§. 1.); non obstantibus minis vss. 3. 6. (quibus impulsi EICHHORNIUS [l. l. t. I. p. 112.] ad interregnum I, UHLAND. [l. l.], BERTHOLDT. [*Einl.* t. IV. p. 1595.], ROSENMUELLER. [ad cap. 7.] ad aetatem Hoseae orationem retulerunt). Pot-

erat enim talia minari vates, vel nulla cum Assyriis Aegyptiisve antegressa societate. Cf. infr. §. 5. et ad Eichhornium insuper §. 12.

§. 3.

De or. cap. 12, 8 *sqq. Cf. p.* 305.

Neque aliter sentio de loco 12, 8 — 12., (a priori eiusdem capitis parte, quippe seriore tempore edita [§. 11.] seiungendo). Causa eadem est, sc., quod vs. 9. suis Israelitae divitiis gloriantur. Eichhorn. (l. l. t. I. p. 134.), ad interregni Ierobeamum sequuti initium orationem referendam esse contendit; alii postquam Gileaditae in exilium abducti fuissent (p. 311.), scriptam esse arbitrantur; atque hi opinionis suae commendationem petunt a verbis אִם—גִּלְעָד אָוֶן וגו׳ vs. 12., existimantes, Transiordanensium in Assyriam asportationem ibi significari, hoc consilio excitatam a vate, ut Cisiordanenses exinde sibi exemplum sumerent. Utraque reiicienda sententia: altera, quia nullum in oratione civilium bellorum vestigium exstat; altera, quia falsa interpretatione superstructa est, id quod iam pluribus mihi liceat ostendere, ita quidem, ut ceteras ceterorum illius loci praecipuas interpretationes simul persequar, iisque omnibus ordine diiudicatis meam qualemcunque subiungam; est enim dignus hic vindice nodus, vel si in se spectetur locus.

Habentur autem אִם voculae, ex qua pendet totius loci sensus, duae potissimum virorum doctorum explicationes. Aliis placet esse *coniunctionem*, particulam *interrogandi* aliis, utrisque in vi voc. accuratius definienda ceterorumque verborum evolvendo sensu mirifice iterum inter se dissentientibus.

E *priore genere* primo loco nominandi sunt Grotius, Uhlandus, Dathe al., qui contendunt, verba אַךְ־שָׁוְא הָיוּ aubaudito אֲשֶׁר iungenda esse cum בַּגִּלְגָּל וגו׳, hoc sensu:

Si in Gileaditica regione, quam vana sit idololatria cognitum fuit:
sane temerarie agunt, qui Gilgale boves sacrificant;
atque tamen tot aras habent, quot sunt tumuli per agrorum sulcos.

Quam verborum structuram etiam LXX sequuti esse videntur, quamvis in singulis in omnia alia abeant; habent enim: *εἰ μὴ* (*Ital.* *si non*, *Ar.* إلّا) *Γαλαὰδ ἐστιν, ἄρα ψευδεῖς ἦσαν ἐν Γαλγάλοις ἄρχοντες* (*Ital.* *principes*, *Ar.* وساء h. e. שָׂרִים) *θυσιάζοντες, καὶ τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν ὡς χελῶναι* (sequuti sunt in convertendo גַּלִּים voc. usum loquendi syriacum, ex quo ܓܠܐ significat *testudinem;* nihil igitur mutandum, eoque minus, quod *χελῶναι* tuentur etiam *Ital.* atque *Ar.*, illa enim: *testudines*, hic سَلَاحِف) *ἐπὶ*

χέρσον ἀγροῦ. Neque aliter, licet ad hebraea paulo accommodatius *Chald.* אִם בְּגִלְעָד־הֲווֹ אֱנוּסִין בְּרַם בְּבֵית גִלְגָּלָא תוֹרִין לְטַעֲוָן דַבַּחוּ וגו׳ atque *Vulg.* *Si Galaad idolum, ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes.*

Verum haec interpretatio ea de causa displicet, quod, verbis ita compositis, parallelismus quem dicunt prorsus perit. Verba aperte hoc modo struenda sunt:

אִם־גִּלְעָד אָוֶן
אַךְ־שָׁוְא הָיוּ
בַּגִּלְגָּל שְׁוָרִים זִבֵּחוּ
גַּם מִזְבְּחוֹתָם וגו׳

Recte igitur ad verborum compositionem MANGER., ROSENMUELLER.:

Si Gileaditae deos ficticios coluerunt:
profecto id eis perniciem attulit.
In Gilgale boves immolant;
imo etiam altaria eorum sunt instar tumulorum etc.

sed minus recte ad *sensum;* nam quis non primo oculorum obtutu intelligit, membra orationis hunc in modum accepta sibi parum respondere?

Quam difficultatem ut effugeret, EICHHORNIUS verba sic reddidit:

Da dennoch Gilead ein Gräuelland geworden:
so wird's gewiss Zerstörung treffen;
da sie zu Gilgal Stiere opferten:

so werden ihre Altarstätten wie Haufen
Steine auf der Aecker Furchen werden.

Eleganter sine dubio, modo protulisset exempla vir doctissimus, quibus אִם part. *causalem* esse edoceremur, neque huic interpretationi obesset usus vocc. אַךְ et גַּם (p. 328).

Sed pergimus ad *alterum genus* interpretationum.

Voculae אִם significatum particulae *simpliciter interrogantis: num, an?* quosdam tribuisse, auctor est ROSENMUELLERUS; (eorum, quos mihi licuit inspicere, nemo ita.) Quae interpretatio, quanquam hoc habet commendationis, quod saepius, ut firmissime aliquid asseveremus, interrogationem asseverationi praemittimus: tamen probari mihi non potest, nam אִם ita intellecto paulo asperior atque impeditior fieri oratio videtur, quod sentire magis quam verbis eloqui licet.

Interrogantis esse particulam, placuit etiam SCHROEERO (*der Proph. Hos.*), KUINOELIO, BOECKELIO (*Hoseas*), GESENIO (in *Lex.* s. v., *Lehrg.* p. 835. *Schulgr.* p. 229, ed. 8.); sed hi dicunt esse pro הַאִם *nonne*, hoc sensu: *ist nicht Gilead lauter Frevel?* (GESEN. *Lex.*) etc.

Atque haec tibi interpretatio facile prae omnibus arrideat. Dolendum vero est, quod difficultate grammatica et ipsa premitur, eaque non exigua. Dubito enim, an ullo in loco ista particula sit *nonne?* mirans EWALDI hac de re al-

tum silentium. Eorum certe locorum, quos attulere viri doctissimi (GESEN. ll. ll., KUINOEL. ad loc.), ne unus quidem huc recte trahitur.

Scilicet in Iesaiano illo אִם כְּחֹמֶר הַיֹּצֵר יֵחָשֵׁב, 29, 16. אִם manifesto est *num negantis*, hoc sensu: *num eodem pretio habeatur cum luto figulus?* hoc est: imo *maiori*. Quid si GESENIUS ipse consentit? Explicat sane in *Comment.* locum eodem prorsus modo: *kann* (oder *darf*) *der Töpfer betrachtet werden, wie der Thon? d. i. ist er nicht mehr, etwas ganz anderes und grösseres?* ut dubitari amplius non possit, quin hoc certe loco sententiam mutaverit vir summus.

Eadem ratio est verborum Iob. 39, 13. (ed. IAHN.): אִם־אֶבְרָה חֲסִידָה וְנֹצָה quae GESEN. (in *Lex.* s. v. אִם) ita interpretatur: *ist's nicht des Storches Flügel und Feder?* (adstipulante UMBREIT.), cum sint hoc modo transferenda: Verum *pennae* (struthionis) *suntne piae plumaeque?* s. non recta via: *Aber ob sein Flügel auch fromm sey und seine Feder?* h. e. non sunt. Cff. ib. vss. 9. 10., ubi vox bis eodem sensu occurrit; add. 1 Reg. 1, 27: אִם מֵאֵת אֲדֹנִי וגו׳ *Tuane hoc ex voluntate factum esse* etc.? Quin hoc quoque loco, Iobi intelligo, GESENIUS nuper sensisse videtur, אִם esse vix posse *nonne*. In *Chrestomathia* enim (ed. 4.) ad priorem illam explicationem haec eum addidisse deprehendimus:

Oder man erkläre: — — *ist aber sein (des Straussen) Flügel auch fromm und seine Feder? (Verneinende Frage f. sie ist's nicht.).* Quae interpretatio etiam hoc habet commodi, quod ita non opus est, ut אֶבְרָה ח׳ pro אֶבְרַת ח׳ positum esse precario sumamus.

Eundem significatum *num?* אִם habet Ier. 31, 20. (ap. GESEN. in *Lex.* mendose 30): הֲבֵן יַקִּיר לִי אֶפְרַיִם אִם יֶלֶד שַׁעֲשׁוּעִים, eo tantum discrimine, ut hic sit affirmantis; ex quo tamen nequaquam efficitur, simpliciter esse *nonne*. Scilicet admirans quasi suam erga Ephraimitas benevolentiam, et quid causae subsit vix ipse perspiciens haec dicit Iova: *Adeone mihi pretiosus filius Ephraim etc.?* (s. ex DE WETTII interpretatione: *Ist mir denn Ephraim ein so theurer Sohn* etc.?), quorum loco verborum non possunt poni ullo modo: *nonne pretiosus mihi filius Ephr.?* quippe quae essent causam amoris simpliciter et recta via eloquentis.

Ad ceteros autem locos, a GESENIO allatos, quod attinet, in iis אִם *ne interrogantis est quidem.* Nam Iob. 17, 13. (אִם־אֲקַוֶּה שְׁאוֹל בֵּיתִי וגו׳ וְאַיֵּה אֵפוֹ תִקְוָתִי) אִם mera est particula *consequutiva si*, cui in apodosi vs. 15. respondet וְ, ut sensus sit: *Si apud inferos domus mea me manet* — — *: ubi tandem est spes mea* etc? Cff. loci 2 Mos. 1, 16. Iud. 4, 8. 2 Sam. 15, 33 sq.

Iob. 7, 4: אִם־שָׁכַבְתִּי וְאָמַרְתִּי, Ps. 78, 34. Ies. 4, 4 sq. Ier. 14, 18.

Neque aliter existimandum est de loco Iob. 17, 16. (בַּדֵּי שְׁאוֹל תֵּרַדְנָה אִם יַחַד וגו'), quem inter et alterum illum superiore loco prolatum id tantum interest, quod in hoc posteriori אִם ob inversum membrorum ordinem postpositum est. Sensus loci: *Ad vastas* (spes mea) *descendet inferorum sedes, si una* etc.

Denique loci Iob. 19, 5: אִם־אָמְנָם עָלַי תַּגְדִּילוּ וְתוֹכִיחוּ עָלַי חֶרְפָּתִּי et Prov. 3, 54: אִם־לַלֵּצִים הוּא יָלִיץ וְלַעֲנָיִים יִתֶּן חֵן ne dubitari quidem potest quin eadem ratione capiendi sint, qua supr. l. 17, 13. Est enim in his quoque utrumque membrum sua sede positum, sua utrumque in apodosi coniunctum vocula וְ. Sensus prioris loci: *Sin tamen impetere magniloqui me vultis: evincite opprobria mea;* posterioris (de quo cf. seq. p.): *Si derisoribus se derisorem praebet: mansuetis exhibet gratiam.*

Atque ita probasse mihi videor, in his locis voci אִם male subiectum esse significatum *nonne.* Neque hanc meam sententiam puto labefactari veterum interpretum auctoritate, qua suam studet confirmare Gesenius, docens: אִם ab his interpretibus modo *nonne* reddi, ut Ier. 31, 20. a *Chald.* הֲלָא; modo *omitti* prorsus, interrogatione in affirmationem translata, ut Iob. 19, 5. a *Vulg.*,

Prov. 3, 34. a LXX., *Chald.*, *Vulg.*, et in ipso, de quo nobis agitur, loco Hos. 12, 12. a *Syr.* (qui omittit etiam Ier. 31, 20.). — *Primum* enim in aliis (eorum sc. locorum, quos supra persequuti sumus) iidem illi interpretes אִם servasse eique vim particulae conditionalis tribuisse deprehenduntur, ut Iob. 17, 13., ubi LXX. ἐάν (Ar. إِنْ), *Chald.* אִין (etiam vs. 16.), *Syr.* ܐܶܢ, *Vulg.* *si.* *Deinde* ex eo, quod particulam in his locis passim omiserunt, colligi nequaquam tuto potest, eam ita, ut vult vir Doctissimus, ab illis acceptam esse. Exempli causa ponatur locus Prov. 3, 34., quem cum ita convertant, LXX: *κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.* *Vulg.* *ipse deludet illusores, et mansuetis dabit gratiam* (ita fere etiam *Chald.*): quid obstat, quo minus eum in eandem partem accepisse ponamus, in quam nobis visum est accipere? Scilicet haud in magno discrimine ponam, utrum mecum dicas: *Wenn* (*während*) *Jehovah der Spötter spottet, schenkt er den Sanftmüthigen Gnade*, an simpliciter, ut antiqui: *Der Spötter spottet Jehovah, den Sanftmüthigen* etc., quemadmodum post Castellionem Dathius quoque interpretatus est: *Derisores deridet, humilibus exhibet gratiam.* *Denique* in uno certe istorum locorum *ex ipsius* Gesenii *sententia* (vid. supr. p. 324.) אִם *perperam* affirmando converterunt, loco, inquam, Ies. 29, 16., ubi

LXX: *οὐχ ὡς πηλὸς τοῦ κεραμέως λογισθήσεσθε*; (*Ar.* أَلَيْسَ,) *Chald.* הָא *ecce*, *Syr.* om.

Quae cum ita sint, una nodi, qui inest loco nostro Hos. 12, 12., expediendi ratio superesse videtur, in eo posita, ut liberemur illa particula אִם, quae cum totam sententiam turbet, locum hic invenire non potest, nisi fortassis hunc in modum, quem miror adhuc nemini in mentem venisse, verba velis intelligere: (vs. 11.) — — „*per prophetas perniciem paravi* (cf. 2 Sam. 21, 5.) h. e. minitatus sum, sc. לֵאמֹר (vs. 12.): „„*Si deos ficticios coluerint Gileaditae: profecto peribunt* (Ies. 30, 28.); (si) *in Gilgale boves mactaverint: horum etiam arae ut tumuli erunt per agrorum sulcos* h. e. evertentur““ (cf. Ier. 9, 10: נָתַתִּי אֵת יְרוּשָׁלַיִם לְגַלִּים *Hierosolyma diruam atque evertam*, add. ib. 51, 37.); quam tamen explicationem dubito an admittant אַךְ et גַּם particulae, quippe quae hunc habeant usum, ut, si duas sententias coniungant, ea, quae in superiore dicta sunt, aut simpliciter confirment, repetitis iisdem verbis, aut amplificent acuantve corrigendo; id quod non opus erit illustrare exemplis ubique obviis.

Neque tamen expungi volo אם literas, cum ab huiusmodi violenta crisi absim quam longissime, sed puto, levissima *vocalis* mutatione facta, legendum esse אֵם h. e. *urbs regionis primaria*,

atque hanc esse toti loco subiiciendam sententiam:

Urbs regionis Gileaditicae (primaria, *Mizpa*, גִּלְעָד—מִצְפֵּה Iud. 11, 29.) *impie agit*,
Imo sceleste faciunt (num. pl. referendus ad incolas);
In Gilgale boves mactant,
Imo vero etiam tot aras habent, quot etc.

Quae interpretatio, quemadmodum sensum fundit maxime idoneum, ita etiam commendatur loco Hos. parallelo 6, 8: גִּלְעָד קִרְיַת פֹּעֲלֵי אָוֶן nam hoc quoque loco verisimillimum est, קִרְיָה voc. *caput regionis* significare. Hunc autem significatum אֵם vocabulo recte tribui, intelligitur loco 2 Sam. 20, 19: אַתָּה מְבַקֵּשׁ לְהָמִית עִיר וְאֵם בְּיִשְׂרָאֵל *tu perdere conaris urbem metropolin Israelitarum;* ad qd conferantur a) אם in *inscriptt.* quae ap. Ekhel. *doctr. nummor. vett.* t. III. pag. 408. leguntur phoeniciis: ללאדכא אם בכנען *de Laodicea urbe primaria terrae Canaan*, לצר אם צדנם *Tyro, metropoli Sydoniorum;* b) 2 Sam. 8, 1: וַיִּקַּח דָּוִד אֶת־מֶתֶג אַמָּה (ܐܡܬܐ) הָאַמָּה מִיַּד פְּלִשְׁתִּים *et eripuit Davides frenos metropolis e manibus Philistaeorum;* c) ex contrario: בְּנוֹת הָעִיר, quae in iis certe locis, quos Gesenius (*Lex.* s. v. בַּת) protulit, fere omnibus non *pagos*, ut vult V. S. V., sed *minores civitates* (oppida) significant, subiectas maiori alicui civitati (urbi), sive haec fuerit urbs regionis pri-

maria, sive omnino inter nobiliores. Locos dico 4 Mos. 21, 25. Ios. 15, 45 et 47 (bis). Iud. 11, 26. In his enim primum sciendum est tales *urbes* proferri, quae fuerint aut sedes imperii, ut חֶשְׁבּוֹן 4 Mos. 21, 25. (urbs regia, vid. ib. vs. 26.), עֶקְרוֹן Ios. 15, 45., אַשְׁדּוֹד ib. vs. 47., עַזָּה ib. (sedes praefecturae, vid. ib. 13, 3. 1 Sam. 6, 17.), aut inter nobiliores certe, ut עֲרֹעֵר Iud. 11, 26. (nominatur enim *propter* Chesbonem). Deinde ad *oppida* ipsa, municipia (בְּנוֹת הָעִיר) quod attinet, haec velim reputet Vir doctissimus. Nimirum loco 4 Mos, 21, 25: „*Haec omnia oppida Israelitae ceperunt, inque omnibus Amorraeorum oppidis consederunt*, בְּחֶשְׁבּוֹן וּבְכָל־בְּנֹתֶיהָ" haec postrema verba manifesto interpretamenti causa addita sunt. Possunt igitur non intelligi nisi hoc modo: *scilicet Chesbone* (regia sede vs. 26.) *et omnibus eius o p p i d i s* (municipiis s. coloniis), nam de oppidis in antecedentibus sermo est, minime vero de pagis praediisve. — Ios. 15, 45 et 47. pagi *seorsum* et suo *proprio* nomine (חָצֵר) nominantur, *praeter* הַבָּנוֹת (45: עֶקְרוֹן וּבְנֹתֶיהָ וַחֲצֵרֶיהָ etc.), atque ibid. vss. 32. 36. 41. 44. 46. 51. 54. 57. 59. 60. 62. constanter חַצְרֵיהֶן positum est, ne semel quidem: בְּנֹתֵיהֶן. Pari modo Iud. 11, 26. בְּנוֹת הָעִיר *municipia* esse, docent quae ibi addita leguntur, *omniaque Arnoni contermina o p p i d a.* (Cff. בְּנוֹת יְהוּדָה Ps. 48, 12. et בְּ' מוֹאָב Ies. 16, 2; nam Ies. 4, 4. huc plane non pertinet.).

Atque ita non modo, quod initio dixi, scilicet locum Hos. 12, 12. male adhiberi ad quaestionem de tempore, quo habita fuerit oratiuncula, mihi videor demonstrasse, sed etiam lucem attulisse cum illi ipsi, tum aliis difficilioribus locis quam ceteri paulo pleniorem. De I. 12, 1—7. vid. §. 11.

§. 4.

De or. cap. 4. *Cf. p.* 306.

Non est dubium, quin hanc orationem tempore interregni I. vates habuerit. *Interregni*, inquam: cum ob iteratas caedes etc. quae vs. 2. castigantur, quaeque non possunt nisi ad bella civilia commode referri, tum maxime, quod in cives omnes vss. 1. 12 sqq., et sacerdotes inprimis 4—10. vates invehitur, nulla regiae domus facta mentione; et *primi* quidem (Bertholdtus I. I. pag. 1594. de *altero* quoque cogitari posse suspicatur): quia, quae v. 15. legitur admonitio, in seriorem aetatem nequaquam convenit, quippe qua Iudaeos vates non amplius ab imitandis Israelitis amice dehortatus sit, sed, quod *sint* imitati, increpaverit (ut in or. cap. 5., Pecachi tempore in lucem emissa.) Consentiunt in rei summa Manger., Uhland., Kuinoel., Eichhorn., Rosenmueller.

§. 5.

De or. cap. 8. *Cf. p.* 308.

Vs. 14. vates ait: *Iudaeos oppidis munitis* iisque

recens exstructis confidere; vs. 9: *Israelitas ad Assyrios confugisse;* vs. 10: brevi futurum esse, ut hanc suam temeritatem illi exitio luant, *quippe qui iamiam senserint molestam Assyriorum societatem.* Haec est enim sententia, quam verbis שָׂרִים . . . וַיָּחֵלּוּ subiiciendam esse puto. Converto nimirum: iamiam *coepti sunt*[60]) Israelitae *paululum* (scilicet!) premi[51]) *oneribus regis principum*, et hoc rege principum puto significari *regem Assyriorum*, ita suadente et vs. 9. et nota illa principum Assyriorum se *regis magni* (2 Reg. 18, 19: הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל מֶלֶךְ אַשּׁוּר, Ies. 36, 4.) sive *regis regum* (Ies. 10, 8.) nomine appellandi consuetudine, de qua qui plura scire cupit adeat Gesenii *Comment. in Ies.* 10, 8.[52]).

---

50) Ita transferendum erit, nisi aut puncta velis mutare vocabuli וַיָּחֵלּוּ, ut interpretes tantum non omnes, aut ad eiusdem vocabuli ancipitem *liberandi* potestatem confugere.

51) Ut sit constructio quae dicitur praegnans, de qua cf. Gesenii *Lehrgeb.* p. 826.; nolim enim cum Rosenmuellero מְעַט habere infinitivum formae שְׁכַב, cum verba med. gutt. Cholem, quod sciam, in utroque infinitivo constanter tueantur, et ipsum מְעֹט habeatur 3 Mos. 25, 16. Cf. Gesen. l. l. pag. 303.

52) Alii מֶלֶךְ שָׂרִים sumtum pro asyndeto ad regem et praefectos referunt Israelitarum, ut Rosen-

Vides igitur, hanc nostram orationem in Menachemi aetatem egregie convenire, quippe qua Usia (aequalis Menachemo) oppida et castella exstruxerit (2 Chron. 26, 6. 9. 10.), Israelitae autem ad Assyrios se converterint, et hanc suam inconsiderantiam mille talentis argenti luerint.

Adversari quidem nostrae sententiae videntur verba vs. 13: הֵמָּה מִצְרַיִם יָשׁוּבוּ, sed *videntur* tantum, cum nullam omnino necessitatem nobis imponant existimandi, antegressam esse Israelitarum quandam cum Aegyptiis societatem, imo percommode ita capi possint, (et ob vim, quae שׁוּב vocabulo inest, debeant etiam,) ut nihil aliud significent, quam: redibunt in terram, qualis fuit olim Aegyptus, miseriarum plenam, in *alteram Aegyptum*, uti etiam Eichhornius existimat: *in ein Aegypten* (*in ein Land der Drangsale, ein zweites Aegypten*). Quidam ut Bertholdt. l. l. p. 1595. orationem tempore interregni I editam censent, alii, inter quos Kuinoelius, Pecachi et Iothami sub imperiis, alii denique, ut Manger., Uhland., regnante Hosea, „quo tempore hostiles Assyriorum copiae ad ipsam metropolin, Samariam, appropinquaverint" (Manger. p. 358). Sed apud Bertholdtum argumenta nulla, apud ceteros non satis firma. Nam

---

muell., Gesenius (in *Lex.* s. v. חלל) ordini sententiarum vss. 9 et 10. minus convenienter.

quod Kuinoelius e vs. 9. ducit, id vix quidquam poterit efficere, nisi aliud argumentum accedat, cum praeter Iothamum Usia quoque oppida exstruxerit (vid. supr.); ad Mangerum autem et qui cum eo facit Uhlandum quod attinet, eorum sententia aeque modicam veritatis speciem gerit. Nititur enim versu 1., quem non esse de exitio proxime instante sumendum, satis perspicue docet vs. 10.

§. 6.

De or. cap. 6. *Cf. p.* 509.

In caedem Pecachiae hanc vatem orationem dixisse statuo versu potissimum octavo ductus, quo, nisi fallor, flagitium interfecti regis vati ob oculos fuit. Ibi enim Gileaditas, quibus adiutus regi necem intulerat tribunus (2 Reg. 15, 25.), sanguine recens facto contaminatos esse dicit. Illud certe in dubium recte vocari nequit, orationem non post tempora Pecachi habitam esse. Nam Gileaditae huius sub imperio in captivitatem abducti (p. 511.). Alii aliter. Mecum facit Uhlandus.

§. 7.

De or. cap. 5. *Cf. p.* 512.

Duo sunt argumenta, quibus intelligimus, orationem cap. 5. editam esse Pecacho et Achaso regnantibus. *Primum* hoc est. Quae vss. 5. 8. 12. 14. de Iudaeis dicta sunt, ea in Usiae, Iothami,

Hiskiae tempora nullo modo cadunt, (ut appareat igitur, orationem ad tempora interregni I ab EICHHORNIO, ad aetatem Menachemi a MANGERO, UHLANDO male referri,) contra in Achasi puerile imperium optime conveniunt. *Alterum* eo continetur, quod *rege*, iniuriarum *ultore*[53]), cuius mentio facta est vs. 13. membro quarto[54]), vix dubium est quin significetur *Tiglatpileser.* Neque enim, ut rectissime ROSENMUELLERUS monet, ad אֶפְרַיִם referenda sunt verba וַיִּשְׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב, sed ad יְהוּדָה ita postulante membrorum parallelismo; nam quemadmodum verba וַיֵּלֶךְ אֶפְרַיִם אֶל־אַשּׁוּר respondent illis: וַיַּרְא אֶפְרַיִם אֶת־חָלְיוֹ, ita וַיִּשְׁלַח אֶל מֶלֶךְ יָרֵב respondeant necesse est verbis וִיהוּדָה אֶת־מְזֹרוֹ. Quae membrorum inter se ex adverso positorum ratio hic eo plus ponderis habet, quod

---

53) Ita convertendum videtur יָרֵב cum *Chald. Vulg.* sumto מֶלֶךְ יָרֵב pro integro מֶלֶךְ אֲשֶׁר יָרִיב אֵת רִיבוֹ, scilicet יְהוּדָה, 1 Sam. 24, 16., aut pro 'א יָ לוֹ, Iud. 6, 31., aut pro simpl. 'א יָרִיב, cf. רָב Ies. 19, 20; nam *rex ultor* et hoc nostro loco Hos. 5, 13. et 10, 6. sensum fundit multo elegantiorem atque convenientiorem quam *rex hostilis*, uti cum aliis statuit GESENIUS in *Lex.*, aut *rex magnus*, ut, collato [illegible], I. D. MICHAELIS in *Suppl.*

54) Tertio vates Menachemi aetatem respicere videtur, nam אַשּׁוּר referendum esse ad Rezinum, *Syrorum* regem, temere statuit KUINOELIUS.

per hanc orationem vates *utramque* civitatem respicit, ita ut Israelitarum atque Iudaeorum quasi contentionem faciat. Vidd. vss. 5. 8. 10. 12., inprimis 14. — In eadem sententia cum ROSENMUELLERO KUINOELIUS.

§. 8.

De or. capp. 13. 14. *Cf. p.* 314.

In definiendo tempore, quo edita fuerit oratio per capp. 13 et 14 decurrens, mirifice inter se dissentiunt interpretes. Equidem temporis supra (p. 314.) significati vestigia in oratione deprehendisse mihi videor. Nimirum eum fuisse civitatis statum, cum haberetur oratio, ubi neque certo principi neque legibus parens multitudo ad suum arbitrium dominaretur, recte, ni fallor, colligitur ex 13, 10., ut intelligatur, in tempus incidisse orationem aut primi aut secundi interregni. Sed hoc alterum ut sumamus, faciunt loci 13, 11. 15. et 14, 4. Horum enim primo vates aperte (cf. vs. 10.) frequentes illas atque cruentas regum vicissitudines respicit, quas tempora viderunt inde a Ierobeamo II. ad Hoseam usque (2 Reg. 15, 10. 14. 25. 30.). Versu autem 15 eiusd. cap. et vs. 4. cap. 14. arma Assyriorum Israelitis minatur, (vero enim proximum est, significari euro e locis desertis venturo Assyrios, quorum terra orientem versus sita et ab Ephraimitarum terra locis arenosis diremta erat,) atque ab omni cum Assyriis Aegyptiisve ineunda societate cives dehortatur; id

quod rursus in posterius interregnum valet. Libri certe historiarum nihil habent, ex quo possit intelligi, Israelitas tempore prioris interregni in societatem exterarum nationum se contulisse; sed durante posteriore interregno id factum esse, supra opinor ad veritatem adumbratum est. His addere liceat, verba כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ 13, 9. non cum GESENIO *Lehrgeb.* p. 859. transferenda esse: *denn bei mir steht deine Hülfe*, quod non convenit, sed locum ita esse capiendum: Id te, Samaria, pessum dat, *quod contra me facis, tuum patronum*, ut fere post alios EWALD. *Krit. Gr.* pag. 607., qui negat, *Beth essentiae*, quam dicunt, in libris V. V. inesse, rectissime, ut mihi quidem videtur.

§. 9.

De or. cap. 7. *Cf. p.* 315.

Quod KUINOELIUS, BERTHOLDTUS, EICHHORNIUS existimant, habitam esse orationem cap. 7. tempore interregni primi; MANGERUS, DE WETTE (hic l. l. p. 312 sq.) regnantibus Pecacho et Achaso: in eo neminem facile habebunt assentientem. Rationes historicae in oratione obviae seriora tempora significant. Scilicet vs. 7. Hosea caedes videtur respicere Sachariae, Schallumi, Menachemi, Pecachiae (consentit DATHE in *Proph. min.* ad h. l.); versu autem 8. vati ob oculos fuisse videntur Menachem, Pecachia et Hosea reges, quorum ille, ut tueretur imperium ad se raptum, Phuli tributa penderet, iste cum Rezino

foedus percusserat, hic durante adhuc interregno, Assyriorum aut bello illigatus aut praesidio usus esse videtur [55]). Vid. adn. 47. p. 313. Itane igitur ad bellum civile, post mortem Pecachi exortum referenda oratio est? Sic quidem GESENIO videtur (*Comment. in Ies.* p. I. p. 369.). Sed nescio an rectius cum UHLANDO referatur ad tempus, quod primam inter et alteram expeditionem Salmanasseris interfuit. Vs. 11. enim ob auxilium ab Aegypto petitum Ephraimitas acriter reprehendit vates; (de Assyriis eodem in loco atque eadem in re commemoratis vidd. quae adnotavimus ad vs. 8.;) vs. autem 9. ad extrema ventum esse queritur.

§. 10.

De or. cap. 10. *Cf p.* 315.

Idem de oratione cap. 10. proposita sentio, quam temporibus interregni primi BERTHOLDTUS, annis ultimis Pecachi EICHHORNIUS adscribunt. Neque vero, ut UHLANDUM, DATHIUM, KUINOE-

---

55) Male statuunt, qui cum IARCHIO censent, הִתְבּוֹלֵל בָּעַמִּים, *commisceri gentibus*, h. l. idem esse atque *exsulare* (KUINOEL, DATHE, al.). Imo est *societatem habere cum exteris*; nam vates his vss. non de malis, quae sibi contrahant Israelitae, loquitur, sed de *causa* malorum, h. e. perversa Israelitarum atque remota prorsus ab institutis Mosaicis agendi ratione. Cf. vs. 11.

LIUM [56]), in hanc opinionem me adduxit locus vs. 3: כִּי עַתָּה יֹאמְרוּ וגו׳. Huic enim certa temporis nota deest, cum sententia haec sit: *Iam dictitant, regem non habemus, nam Iovam non curamus, et iste noster regulus quid commodo nostro poterit facere?* [57]) ut sint verba hominum, effrenatam licentiam, ad quam omnes imperant, nemo paret, aliqua tegentium excusatione: „Noli mirari, nullius nos imperio parere. Nam perinde est, ac si nullus nobis rex esset. (Cff. vss. 7. 15.) Scilicet Iovam nihili aestimamus: ab eo enim du-

---

56) Qui locum aut ita convertunt: *Iam quidem dicunt: nonne regem* (Aegypti) *habemus*, (qui nos defendere possit?) *Si deum non timemus*, (responsum vatis) *quid rex ille in salutem nostram poterit efficere?* aut hoc modo accipiunt: *Jam quidem dicunt: nonne rex* (Hoseas) *nobis est, quamquam non colimus Iovam? et rex ille*, (Assyriae) *quid hic ad nos?* Quae interpretationes nemo non videt quantopere a vero abhorreant.

57) Eandem vim verbis tribuisse videtur EICHHORNIUS, nisi quod postrema verba in malam partem sumsit, quod sensum fundit minus bonum. ROSENMUELLERUS cum IARCHIO, all. *Nam nunc*, (cum in eos irruerit malum, de quo vs. 2.) *dicent: non est nobis rex* (qui possit ab hostibus nos defendere). *Quia non timemus Iovam: ecquid rex efficiet* (praestabit) *nobis?* Quae interpretatio ea potissimum de causa minus mihi probatur, quod verba ita sumta parum inter se continentur. In alia omnia abierunt PFEIFFER. BOECKEL.

dum defecimus; ad regulum autem hunc nostrum (*certum* postulat articulus) quod attinet, eum et ipsum nullius pendimus assis: hic enim umbrae similior quam regi;“ — qualia, Ierobeami aetatem si exceperis, fere nullo non tempore iactare poterant Ephraimitae. Sed in meam de tempore sententiam veni his motus rationibus.

1) שַׁלְמַן vocabulo vs. 14. significari *Salmanassarem* puto recte statui ab Ilgenio (ad *Tob.* 1, 2. p. 4.), Gesenio (in *Lex.* s. v.), Rosenmuellero (ad h. l. et in *Alterthumsk.* t. I. p. II. p. 105. 127.) al. Est enim שַׁלְמַנְאֶסֶר nomen compositum (ex pers. شرمان, ut eleganter de Bohlen. in *Symb. ad interpret. s. cod. e ling. pers.* p. 23., et آزر, hoc sensu: *verecundiam habens ignis*), cuius generis vocabula haud raro ita efferuntur, ut una pars brevitatis causa praecidatur. Exempla ponantur הוֹשַׁע a quo pars *posterior*, שָׁלֵם 1 Mos. 14, 18. Ps. 76, 5., תּוֹלָד 1 Chron. 4, 29., quibus *prior* abest. הוֹשַׁע enim scriptum pro הוֹשַׁעְיָה, ut supr. conieci (p. 275) et nunc video revera scribi Ier. 42, 1; 43, 2. Neh. 12, 32; שָׁלֵם pr. יְרוּשָׁלֵם, תּוֹלָד pr. אֶלְתּוֹלָד Ios. 15, 30; 19, 4. 58). Quod scripturae compendium usu venire

58) *Simili* scribendi compendio usi sunt in his. Pars *posterior* omissa in חֲמָת 4 Mos. 13, 22. Iudd. 3, 3. pro חֲמַת רַבָּה Am. 6, 2. חֲמַת צוֹבָה 2 Chron. 8, 3;

in iis maxime vocibus debuit, quarum una pars pluribus erat communis, ut אסר, quatuor, quod scimus, Assyriorum regibus usitatum (תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר [59]),

---

קָדֵשׁ 5 Mos. 1, 46. pr. קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ 4 Mos. 34, 4. 5 Mos. 1, 2; cf. פּוּל 2 Reg. 15, 19. ap. scriptt. proff. passim *Phul Belochus.* Pars *prior* praecisa in חֶרְמוֹן 5 Mos. 3, 9. pr. בַּעַל חֶרְמוֹן Iud. 3, 3. 1 Chron. 5, 23.; בַּעַל מְעוֹן 4 Mos. 32, 38., בֵּית מְעוֹן Ier. 48, 23. (hodie *Maein*) pr. בֵּית בַּעַל מְעוֹן Ios. 13, 17.; נִמְרָה 4 Mos. 32, 3., נִמְרִים Ies. 15, 6. pr. בֵּית נִמְרָה 4 Mos. 32, 36. Ios. 13, 27. (Βηθναβρίς); עָשָׁן Ios. 19, 7. pr. בְּכוֹר־עָשָׁן 1 Sam. 30, 30.; עֲטָרוֹת Ios. 16, 7. pr. אַרְכִּי עֲטָרוֹת ib. vs. 2.; שֶׁבַע passim pr. בְּאֵר־שֶׁבַע Ios. 19, 2.; שִׁטִּים 4 Mos. 25, 1. Ios. 2, 1. Mich. 6, 5. pr. אָבֵל הַשִּׁטִּים 4 Mos. 33, 49. a quo diversum videtur esse נַחַל הַשִּׁטִּים Ioel. 4, 18. vid. Rosenmueller. *Alterthumsk.* t. II. p. I. p. 161, 166. (Male Bochart. *Hieroz.* p. I. col. 200. [ed. pr.] al. huc referunt יְמִינִי Esth. 2, 5., ut pro בֶּן־יְמִינִי 1 Sam. 9, 21., est enim ibi אִישׁ יְמִינִי idem valens quod בֶּן־יְמִינִי). Cff. omnino Simonis *Onomast. V. T.* Sect. 1. §. 13. p. 12. et scriptt. ibi laudd.

59) Hoc nomen Rosenmuellerus (*Alterthumsk.* t. I. p. II. p. 127. negat posse explicari: تيغ لد پيل آذر, *gladius intrepidus* est *elephas dei* (de Bohlen. l. l. p. 24.), quum alia de causa, tum propterea, quod demonstrari non possit, آذر pro ipso numine

שַׁרְאֶצֶר, אֵסַר־חַדּוֹן [60])). Erit igitur oratio ad aetatem referenda Salmanassaris.

2) Hunc regem vates ibidem (10, 14.) narrat diruisse בֵּית אַרְבֵּאל urbem. Exstiterunt autem duae [61]) quod scio huius nominis urbes. Altera, τὰ Ἄρβηλα apud Strabonem (XVI, 1, 3.), أربل

---

adhibitum esse. At vero *Eser* non tantum *imaginem* numinis significasse, sed pro *ipso numine* usurpatum esse, intelligitur ex inscriptionibus phoeniciis, ubi altera pars nominis proprii עבדאסר (Inscr. Cit. II.) graece (Melit. II.) redditur Διονύσιος, Vid. Gesen. *Com. in Ies.* p. II. p. 348.

60) אצר, آزر idem quod אסר, آزر.

61) Veterum Geographorum alii quinque Arbela, alii certe tria fuisse statuerunt (singulorum coniecturas cognoscere cupienti satisfaciet A. Calov. §§. 11. 12. Diss. *de crudel. Arbelae destructione*, insertae *Thesauro Philol. Theol.* t. I. p. 952); sed quas afferunt rei rationes revera levissimae sunt. Quin etiam Abulfeda praeter oppidum Persicum aliud eiusdem nominis commemorat, *Sidonium* quippe sive Phoenicium. Addit enim ap. Schultens. l. l.: واربل ايضا اسم لمدينة صيدا من سواحل الشام. Sed de hoc quoque oppido ambigi potest. Nam neque novimus oppidum huius nominis, situm in *ora maritima Syriae*, neque *Iakut*, quem in his aperte ante oculos habuit Abulfeda, pro certo id dixit, cum suis de hoc oppido verbis adiecerit: علي ما قيل l. l.

apud ABULFEDAM (vid. SCHULTENS. *Ind. Geogr.* ad eiusd. *Vit. Salad.* s. v. *Arbela*), urbs *Iracae, Persidis* (Assyriae), eadem illa, quae victoria inclaruit, quam de Dario reportavit Alexander M. (MANNERT. p. V. sect. 2. p. 452.); altera *Galilaeae* superioris, sita in provincia Naphthali, eaque a finibus Assyriae proxima, cuius mentio fit 1 Macc. 9, 2., nec non apud IOSEPH. (Antt. XII, 11. p. 627. et XIV, 15. p. 731. ed. Haverk.). Quaeritur ergo, quaenam illa sint Arbela, quae nostro loco commemorantur. Plerique, inter hos GESENIUS (*Lex.* s. v.), cogitant de urbe Assyriae. Sed pro altera urbe primum pugnat id, quod, ut bene ROSENMUELLER. (*Alterthumsk.* t. I. p. II. p. 101.), בית vocabulum earum tantum urbium oppidorumque nominibus iunctum reperitur, ubi hebraice aut aramaice loquebantur. Deinde non est veri simile, stragem tam longinquam, qualis Arbelorum in Assyria fuisset, Iudaeis, rerum externarum imperitioribus et parum quoque curiosis, a vate exempli causa proponi potuisse. Contra, si statuis, sermonem esse de Arbelis Galilaeae, exemplum ex propinquo petitum ad audientium ingenia non potuit non efficax esse. Quapropter eorum sententiam sequimur, qui putant agi nostro loco de altera hac urbe, in quam cum primum regiones Israelitarum invassisset (2 Reg. 17, 3.), Salmanassar furorem suum effuderit. Ex quibus intelligitur, tempus, quo vates hanc orationem in lucem emiserit, iamiam accuratius definiri pos-

se. Nam supra si recte est iudicatum, patet, orationem *post* bellum a Salmanassare initio imperii Hoseae susceptum editam esse.

Sed ne in hoc quidem temporis vestigio acquiescere licet. Imo ulterius ut progrediamur, et statuamus, orationem tempore habitam esse, postquam Hosea in auxilium *Soo* vocasset, suadent vss. 4, 6. 13.

Scilicet cum vs. 4. vates Israelitis *periurium* exprobat, vs. 6. *ultionem* ex rege Assyriorum minatur: priori loco haud obscure significare videtur fidem Salmanassari non servatam [62]), posteriori poenam perfidiae.

Ad vs. 13. quod attinet, argumentum, quo nititur sententia nostra, in verbis continetur: כִּי בָטַחְתָּ וגו׳ (quae tamen rectius ad vs. 14. referas). Nimirum pro בְּדַרְכְּךָ LXX videntur legisse בְּרִכְבְּךָ. Habent enim *Alex.*, *Compl.*, *Ald.*, *Barb.*, *Reg.*, *Laud.*, *Cyril.* ἐν ἅρμασί σου, similiter *Ital.*, *Ambros.* *in curribus tuis*, atque ita etiam *Arabs.* Vulgatam quidem tuetur, quod in *Vat.* legitur ἐν

62) Si quis, quae vs. 4. dicta sunt, generatim sumere atque ad fraudes et mendacia, quae solent struere homines, qui neque deum curant neque magistratus (vid. supr. ad vs. 3. p. 339 sq.), referre, quam ad perturbatas illas pactiones bellicas maluerit: equidem non vehementer repugnaverim. Eo autem sententia nostra neutiquam concidet.

τοῖς ἁμαρτήμασί σου· Sed haec scriptura vix dubium est quin ex ἅρμασι nata sit; non, quia, ut MANGERO placuit, nullum reperitur exemplum, ubi דֶּרֶךְ ἁμαρτήματα LXX. intt. reddiderint; nam inveniuntur certe, ubi vocabulum illud κακία converterint, ut Ier. 15, 7. 1 Reg. 13, 33., (q. l. tamen הָרָעָה additum est,) item ἀνομία, ut Ezech. 20, 30.[63]); sed eam ob causam, quod, quae *Vat.* sequitur, *Itala* h. l. et ipsa *in curribus* exhibet.

Quam quidem Alexandrinorum scripturam, licet neque codicum hebraeorum, neque ceterarum antiquarum versionum auctoritate firmatam, tamen praeeuntibus MANGERO, DATHE, KUINOEL., BOECKEL., EICHHORN. puto esse praeferendam, tum quia, ut bene MANGERUS, „frequentissima haec est formula *confidendi curribus bellicis*," tum quia, ut idem animadvertit, „rectius his respondet, quod velut eiusdem generis additur *multitudo militum*."

Atqui *curribus* istis significatur *Aegyptus*. Primum enim Aegyptiis in essedis equitibusque tum plurimum praesidii fuit (Ies. 36, 9. cf. GESEN. ad 31, 1.), Israelitis nihil. Horum iam dudum fractae vires. Quod si igitur suis belli instrumentis atque copiis confidere dicuntur, id non potest nisi de *Aegyptiis* intelligi, in *societatem*

---

63) 1 Reg. 22, 33. a BREITINGERO (t. III. *Prolegg.* ad Hos. 10, 13.) laud. huc plane non pertinet, ibi enim nec דרך neque ἁμαρτίαι deprehenduntur.

quippe armorum assumtis. Ex qua eadem ratione etiam verba 14, 4: עַל־סוּס לֹא נִרְכָּב Hieronymus, Iarchi, Aben-Esra, Uhland., Dathe, Kuinoel., Eichhorn., all. non dubitarunt de Aegyptiorum equitatu intelligere. Deinde spes in Aegyptiorum militibus belliquę apparatu ab Iudaeis posita Ies. 31, 1. iisdem fere verbis describitur (יִבְטְחוּ עַל־רֶכֶב).

Quare cum supra monstratum sit, orationem *post* prius bellum Assyriacum editam esse: perspicitur, nisi quid me fallit, verba כִּי בָטַחְתָּ וגו׳ ad *Soo* redire. Sed accedit hoc, quod in altera versus parte vates ignem ferrumque, idque ab *Salmanassare* ut videtur timendum, tanquam *debitam poenam* minitatur[64].

---

64) Quin si quis adhuc longius progredi, atque cum Mangero verbis vs. 3: וְהַמֶּלֶךְ וגו׳ (p. 339.) de Hosea rege, a Salmanassare, ante quam Samariam obsideret, in vincula coniecto (cf. p. 316.) intellectis, orationem eo tempore habitam esse voluerit, quo Assyrii post occupatas Israelitarum regiones Samariae, rege orbatae, imminerent: inclinatum, quod in me erit, ad credendum habebit animum. Quo enim diligentius locum istum considero, eo magis mihi arridet sensus, quem verba: „*et hic noster* „*regulus quid commodo nostro poterit facere*" eo accipiunt, ut ad regem a Salmanassare captum et in carcerem abductum referantur, eumque confidenter amplecterer, modo ne vincula Hoseae *ante* ex-

§. 11.

De or. cap. 11. *Cf.* p. 315.

Neque aliter de oratione statuo cap. 11., ea de causa, quod in hac oratione vates tam lenis est quam qui lenissimus; quod intimo commiserationis affectu erga cives movetur, utpote brevi ultima passuros.

Aliam causam eamque talem, quae omnem dubitationem tolleret, haberes in verbis לֹא יָשׁוּב וגו' vs. 5., si ea in iis sententia esset, quam dicunt inesse Grotius, Schroeer., Uhland., Rosenmueller., hanc scilicet: *Iam* (sunt mea verba) *non* ultra *confugient ad Aegyptum*, opis causa, ut nuper factum, *foedifragi; sed rex eorum erit Assyrius*, h. e. oppressos suo subiiciet imperio Salmanassar, violati foederis vindex.

Verum enimvero quanquam non nego, שׁוּב אֶל—פ' inter alia esse *confugere ad aliquem;* quanquam verba, interpretes si sequeris illos, coniuncta cum altero membro וְאַשּׁוּר וגו' sensum fundunt historiae convenientem; quanquam denique verba מִצְרַיִם קָרָאוּ 7, 11., שֶׁמֶן לְמִצְרַיִם יוּבָל 12, 2. (add. Rosenm. 8, 13.; 9, 3. contra atque ipse de utroque hoc loco exposuit) explicationi illi aliquo modo suffragantur, ut mirari satis non possim Dathium,

---

pugnatam Samariam aliquam haberent dubitationem. Vide supr. p. 317. adn. 49 extr.

qui adn. ad 11, 4 sq. hanc explicationem *coactam* dicit et *historiae contrariam:* tamen eam damnandam duco, et לא vocula cum LACKEMACHERO (*Observatt. philoll.* p. VI. obs. 3.), KUINOELIO (ad l.) pro לא *interrogantis* sumta (ut Ion. 4, 11. cf. GESEN. *Lehrgeb.* p. 833.) locum ita existimo interpretandum: *Nonne* igitur *revertentur* —? h. e. proinde migrabunt *in Aegyptum*, pristinum servitium passuri etc.; quam interpretationem summopere video commendari, quum significatu, quem vates 8, 13. et 9, 3. cum שׁוּב vocabulo coniunxit, tum membrorum parallelorum 7, 11; 9, 3; 11, 11; 12, 2. natura atque indole, tum denique eo, quod verba hunc in modum intellecta mirifice concinunt cum iis, quae ibidem (cap. 11.) vss. 1 et 11 dicta sunt.

Nimirum ll. 8, 13. et 9, 3. verbis הֵמָּה מִצְרַיִם יָשׁוּבוּ et וְשָׁב אֶפְרַיִם מִצְרַיִם *exilium* minari vatem, minime vero auxilium ab Aegypto petitum civibus crimini dare, sole ipso clarius est. Consulatur nexus sententiarum utroque in loco, in posteriore in primis vs. 6. Quod si igitur usus loquendi proprius aliquid ponderis habet, etiam nostro loco potius *emigrandi* significatum quam quemvis alium vocabulo tribuemus.

Deinde quatuor paria parallelorum, quae laudavimus, ita comparata sunt, ut unumquodque in *utroque* membro *eandem* habeat sententiam:

מִצְרַיִם קָרָאוּ
אַשּׁוּר הָלָכוּ׃ 7, 11:

וּבְרִית עִם־אַשּׁוּר יִכְרֹתוּ
וְשֶׁמֶן לְמִצְרַיִם יוּבָל׃ 12, 2:

וְשָׁב אֶפְרַיִם מִצְרַיִם
בְּאַשּׁוּר טָמֵא יֹאכֵלוּ׃ 9, 3:

יֶחֶרְדוּ כְצִפּוֹר מִמִּצְרַיִם
וּכְיוֹנָה מֵאֶרֶץ אַשּׁוּר 11, 11:

Igitur facile tibi persuadeas, verba nostri loci ita capienda esse, ac si scripsisset vates:

לָכֵן יָשׁוּב אֶל־אֶרֶץ מִצְרַיִם
וְאַשּׁוּר הוּא מַלְכּוֹ׃

Denique si verba hoc modo accipimus, eorum cum vs. 1 et 11. summus erit concentus. Nam vs. 1 sqq. Iova proposito quasi certamine amoris sui erga Israelitas cum inveterata eorum impietate et obstinato animo: „Vos, inquit, rudem illam atque miseram Aegypti plebeculam, in fidem olim recepi (cff. 2 Mos. 4, 22. 5 Mos. 7, 6.), et exemtos servitio (ib. vs. 8.) singulari semper amore amplexus sum. Sed pessimam gratiam inivi. Vos enim quamcunque aliam potius quam rectam vitae viam (5 Mos. 28, 1.) sequuti estis.“ Quibus igitur quid magis consentaneum est quam ut, memor illius 5 Mos. 28, 68., vates haec addat: „Quapropter Pharias ad oras (quas, si dicto audientes fuissetis, nunquam revisuri eratis 2 Mos. 14, 13.), pars vestrum reiiciemini, pars etc.? Eundem

hunc sensum ut verbis 11, 5. tribuamus, suadet vs. 11 ib., scilicet ut, quemadmodum hoc loco *revocatio* ex Aegypto atque Assyria promittitur, ita vs. 5. *eiectio* in easdem terras intentetur.

Eandem loci interpretationem sequuntur Manger., Dathe, (sed hic fluctuat,) Eichhorn., in eo tantum a me dissentientes, quod cum *LXX* et *Arabe* (illi vs. 4: . . . . *δυνήσομαι αὐτῷ*. vs. 5: *κατῴκησεν ἐφραὶμ ἐν αἰγύπτῳ*, hic: *وَأَقْتَدِرُ عَلَيْهِ سَكَنَ أَفْرَامُ فِي أَرْضِ مِصْرَ) לֹא particula pro לוֹ pron. sumta[65]) atque ad אוֹכִיל vs. 4. relata locum convertunt: . . . et *cibos apposui ei.* Iamiam *revertetur in terram Aegypti* etc., sive ut ipsissima verba Eichhornii afferam: . . . *und legt' ihm Essen vor. Es soll nun wieder nach Aegyptenland* etc. Quae part. לֹא explicandae ratio alteri illi videtur esse posthabenda. Etenim cum אוֹכִיל sit fut. verbi הֶאֱכִיל (quiescente א in Cholem, uti in chald. atque syr. אֵיכַל, ܐܘܟܶܠ,

---

65) לֹא pro לוֹ ex *antiquiori* potius, quam negligentiori, (ut Gesenio placet *Lehrgeb.* p. 221.), scribendi ratione positi (suffixi א‍ֹ— ex הוּא formatio multo facilior erat quam ה‍ֹ— ad qd Gesen. ib. pag. 212. Ewald. p. 364.) insigne exemplum

vid. Gesen. *Lehrgeb.* p. 377. cf. Ewald. p. 398.), הֶאֱכִיל autem non cum ל praep., sed cum accusativo ut rei ita *personae* iungatur (אִם־רָעֵב שֹׂנַאֲךָ הַאֲכִלֵהוּ לָחֶם Prov. 25, 21., add. 2 Mos. 16, 32. 4 Mos. 11, 18.), id quod fugere non debuit interpretes illos: sua sponte consequitur, aut לא vocabulum vs. 5. non esse loco movendum, aut in eo etiam cum LXX faciendum, quod אוּכַל ad יָכֹל referunt, (hoc enim cum ל compositum reperitur, ut 1 Mos. 32, 26. Ier. 20, 10. Ps. 139, 6.) legendumque esse: לֹא אוּכַל h. e. δυνήσομαι (cf. 12, 5), quod ferri non potest, cum reliqua oratio vs. 4. nihil minarum habeat, sed tota in beneficiorum divinorum commemoratione versetur.

---

habes in illo Ies. 9, 2: לֹא הִגְדַּלְתָּ הַשִּׂמְחָה; haec enim esse omnino debent: *magnam ei laetitiam fecisti.* Sed cum hoc loco לא (לוֹ) praeter consuetudinem orationem exordiatur, et הַשִּׂמְחָה cum *articulo* sit pro שִׂמְחָתוֹ, quemadmodum הַמִּטָּה 1 Mos. 47, 31. est pro מִטָּתוֹ (cf. Steudel. S. V. *loci Ies. VII,* 1—*IX,* 6. *interpretandi tentamen* Tub. 1815. ad h. l., Rosenm. *Institutt. ad fundd. ling. ar.* p. 310.) facile aliquis coniectura suspicari possit, לא primo *interpretamenti* causa in margine ab antiquissima manu positum postea in textum immigrasse. Deerat certe pr. codd. 471 K. 226 R. et deletum est in praest. 1 K.

Quae cum ita sint, nemo non intelligit, loco 11, 5. evinci tuto vix posse, orationem post foedus cum Aegyptiis iunctum editam esse. Neque etiam in huius sententiae patrocinium recte vocatur vs. 11., ubi *reditus ex Aegypto atque Assyria* in terram patriam Israelitis promittitur. Etenim hoc promissum neque postulat, ut eo tempore, quo haberetur oratio, Israelitarum numerum inter istas gentes extorres fuisse statuamus, nam vs. 11. manifesto respicit vsm. 5.; neque si postulet, certi quidquam ad firmandam istam sententiam inde deduci poterit. Cave credas, eo demum tempore metu perterritos Israelitas fuga ad Aegyptios salutem petivisse, quo Salmanassar foederis violationem ulturus muros Samariae succederet. Erant procul dubio iam superiore aetate Israelitae, ut civilium bellorum tempestates evitarent, frequentes ad *Aegyptios* in exilium profecti, quemadmodum Chaldaeorum sub imperio multos Iudaeos ad eosdem confugisse nos docent Ier. 41, 10. 15. 17 sq. 42, 15 sqq. 43. (Cf. Gesen. *ad Ies.* p. I. p. 433 sq.). Ad *Assyriam* autem quod attinet, eo iam Pecachi temporibus Israelitarum magnam multitudinem abductam esse ostensum est supr. p. 311.

§. 12.

De or. cap. 12, 1—7. *Cf. p.* 315.

Hanc quoque orationem ad tempora pertinere interregni primi arbitrantur Kuinoel., Bertholdt., Eichhorn (l. l. p. 132 sqq.), al. Sed

iterum ut recte vehementer vereor. Nam quod ad vs. 2. iam prioris interregni temporibus contendunt cum Assyriis Aegytiisque initas esse societates, id, licet a temporum istorum rationibus non abhorreat, tamen precario sumtum est, non minus, quam quod Hieronymus ad eund. l. „*Menachen* ab Aegyptiis auxilium postulasse" dicit, nihil tale quid habente neque historia, neque vate ipso, in ea scilicet oratione, quam tum temporis habuit, cap. 4. (p. 306). Erant autem utrique, si ad has gentes illo tempore Israelitae se applicuissent, id nullo modo praetermissuri. Tutissimum igitur hoc erit, ut cum Mangero, Uhlando, Rosenmuellero existimemus, vsm. 2. tempus depingere, quo Ephraimitae, quamvis nuper cum Assyriis pactionem fecissent: tamen cum Soo, *Aegyptio*, missis per legatos muneribus, foedera iunxissent. Quod tempus etiam vituperatio prodere videtur, quam vs. 5. subeunt Iudaei; horum enim mores hac aetate impii culpa Achasi admodum depravati erant (2 Reg. 16, 3 sq.).

Cap. VI.

Nonnullae adnotationes ad Hos. cap. 1.

§. 1.

Ad vs. 1.

דְּבַר־יְהוָה וגו׳] Haec [66]) quomodo intelligen-

66) Quod statuunt lexicographi, notionem primariam דָּבָר vocabuli esse *verbum*, *Wort*, in eo vereor

da sint, perspicitur vel ex ipsa בְּ praepositione, qua iungitur דִּבֶּר, ubi de numine vel genio coelesti aliquem de aliqua re monente adhibetur, male illa intellecta ab interpretibus. Vid. ad vs. 2. — Caeterum interroganti, utrum vates ipsi persuasum habuerint de *divina mentis* suae *permotione*: equidem non dubito, quin habuisse respondendum sit.

§. 2.

Ad vs. 2.

[תְּחִלַּת דִּבֶּר — יְהוָה וגו']. Ad haec ROSENMUELLERUS: „Sunt qui convertant: *initium* quo „*loquutus est*, subaudito pronomine relativo אֲשֶׁר, „ut Exod. VI, 28. בְּיוֹם דִּבֶּר יְהוָה *die* quo *loquu-* „*tus est Iova;* cf. Iesai. XXIX, 1; ut plena es- „set formula תְּחִלַּת דְּבַר אֲשֶׁר דִּבֶּר יְהוָה (cf. GE- „SEN. *Lehrgeb.* p. 748.). Verum nihil subau- „dire necesse erit, si דִּבֶּר habes pro nomine for-

ne falsi sint. Primaria notio vocis דָּבַר cum sit *serere* (cf. λέγειν, legere), *verba serere, loqui*: perspicuum est, דָּבָר proprie significare *sermonem* (cf. λόγος), neque vim *verbi* obtinere, nisi casu et fortuito, hoc est tum, cum integra sententia uno verbo exprimitur, qua ratione verba sunt יְהִי 1 Mos. 1, 3.; הֵרִיעוּ Ios. 6, 16., εὕρηκα. Loco Hos. sup. l. דָּבָר collective accipiendum esse, prorsus ut חָזוֹן Ies. 1, 1. per se patet.

„mae חִבֵּל, *malus navis* (Prov. 23, 34.), כִּסֵּא „*thronus* (2 Sam. 7, 13. al.); quod ipsum nomen „(הַדִּבֵּר) Ierem. V, 13. legitur. — — Pro nomine „nostrum דִּבֵּר habuerunt veteres omnes." Sed haec velim cogitet vir doctissimus: primum, posse דִּבֵּר in *verborum* numero haberi, neque tamen opus esse subintellecto אֲשֶׁר; de quo vid. Ewald. p. 577. Deinde si statuis, דִּבֵּר esse *verbum*, hoc cum אָמַר plane *ita* coniunctum erit, ut haec verba apud antiquiores certe scriptores *solent* coniungi, nimirum hoc modo, ut דִּבֵּר (*loqui*) *simpliciter* ponatur, אָמַר (*dicere*) ita usurpetur, ut quae quis dicit subiungantur, cuius rei exemplum habes 3 Mos. 1, 2., ubi: דַּבֵּר אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאָמַרְתָּ אָדָם וגו׳. Tum ex antiquis interpretibus *Hieronymus* דִּבֵּר nostri loci nequaquam pro nomine, sed pro *verbo* sumsit; habet enim: *principium loquendi*. Denique vehementer dubito, an דִּבֵּר loco Ier. 5, 13. (praeter hunc nullus habetur, ubi *nomen* esse videri possit) vim habeat *nominis*. Possunt enim verba וְהַדִּבֵּר אֵין בָּהֶם eleganter sic converti: *et qui loquatur*, deus *non est in iis*, articulo posito pro אֲשֶׁר (Gesen. l. l. p. 654 sq.), quin debent fortassis ita converti, nam multi codd., inter hos Hisp., legunt הַדִּבֶּר *qui loquatur* (hoc enim loco דִּבֶּר cum *Segol* non potest nisi *verbum* putari), quod summopere commendatur locis Hab. 2, 1. Zach. 1, 9 et his similibus.

Scriptura codd. Regiom. 2., R. 596. 782: דִּבֵּר aperte scioli est correctio, a legibus grammati-

ces aliena, ideoque temere recepta a Kuinoelio. Nam דָּבָר *nomen* tantum אֶל et עַל particulis iungitur, בְּ praepositionem, quod scio, nusquam admittens. Hanc sibi vindicat דִּבֶּר verbum.

[דִּבֶּר־י׳ בְּהוֹשֵׁעַ וַיֹּאמֶר י׳ אֶל־הוֹשֵׁעַ H. e. *Iova fatus est in Hosea dixitque etc.* Est enim דִּבֶּר בְּ de *divina mentis permotione* capiendum. Hab. 2, 1: *ut viderem* מַה־יְּדַבֶּר־בִּי *quaenam* Iova *in me loqueretur*, oracula funderet; cf. vs. 2: כְּתֹב חָזוֹן et loc. sup. laud. Ier. 5, 13: וְהַדִּבֵּר אֵין בָּהֶם. — Hieronymus: „Aliud „est, loqui Dominum *in Osee*, aliud, *ad Osee*: „*in Osee*, non ipsi loquitur *Osee*, sed *per Osee* „ad alios; *ad Osee* vero loquens ad ipsum signifi„cat conferre sermonem.“ Quam interpretationem ut commendet, Rosenmuellerus locos affert 4 Mos. 12, 2; 2 Sam. 23, 2., quibus Gesenius in *Lex.* s. v. דִּבֶּר addit 1 Reg. 22, 28. Sed neque verum est, דִּבֶּר בְּ in his locis idem significare quod 'דִּבֶּר בְּיַד פּ (1 Reg. 12, 15. Ier. 37, 2.), *loqui* sive potius fari *per aliquem*: nam loci 4 Mos. 12, 2. sensus hic est: *solone in Mose fatus est Iova, an non in nobis quoque fatus est?* (cf. vs. 6: בַּחֲלוֹם אֲדַבֶּר־בּוֹ); loci 1 Reg. 22, 28. hic: *si quidem salvus redieris, tum Iova in me fatus non sit* (cf. vs. 24: אֵי־זֶה עָבַר רוּחַ־יְהוָה מֵאִתִּי וגו'), idemque haud dubie loci 2 Sam. 23, 2., neque si verum illud esset, exinde sequeretur, loquutionis nostro in loco eundem illum esse significatum. Nam nulla, ne levissima causa adest,

cur a vi propria loquutionis atque primaria h. l. recedamus. — Ex antiquis LXX ἐν Ὠσηέ (sed codd. *Alex. Compl.* paulo liberius: πρὸς Ὠσηέ [sequente *Ar.* لِيُوشَعَ], quam scripturam ceteroqui puto adulterinam, licet pro ea etiam *Itala*, alias cum Vat. conveniens, faciat: *ad Osee;* nam loco l. Hab. 2, 1. nec non Zach. 1, 9. 14; 2, 2; 4, 1. 4. 5. [הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר בִּי] omnibus Graeci constanter ἐν vertunt, ne semel quidem πρός); בְּהוֹשֵׁעַ etiam *Chald.*, sed *Syr.* iterum: ܠܘܬ ܗܘܫܥ.

אֵשֶׁת זְנוּנִים] Hoc Eichhornius (*Einl.* t. IV. pag. 293. ed. 4.) putat a זוֹנָה *meretrice* ita differre, ut *adulteram* significet, ea de causa, quod scortandi vocabulum cum אִשָּׁה coniunctum sit. Sed habes אִשָּׁה etiam in illo אִשָּׁה זוֹנָה Ios. 2, 1. Prov. 6, 26. al., neque eo quidquam aliud significatur, quam *meretrix.* Verba potius ita differunt, ut זוֹנָה, אִשָּׁה זוֹנָה simpliciter *meretricem* denotent, contra autem אֵשֶׁת זְנוּנִים *meretricem* significet *indomitae libidinis*, maiorem igitur vim habeat. Cff. אֵשֶׁת מִדְוָנִים Prov. 27, 15., אֵשֶׁת רַע ib. 6, 24. atque ad hunc locum Schultens, qui verissime: „potentius est, ait, „אֵשֶׁת רַע, mulier mali, quam אֵשֶׁת רָעָה mulier „mala. Concepta est phrasis ad expressiorem „illam formam, quae in אִישׁ לָשׁוֹן vir linguae, „אִישׁ מִרְמָה vir fraudis, אִישׁ דָּמִים vir sangui-„num, similibusque cernitur. In his omnibus „*gradus summus maledicentiae, fraudulentiae*

„et *sanguinolentiae* intentus. Sic *mulier mali* „est, cuius *pectori malitia incocta*, atque adeo τὸ „πονηρὸν ipsum *malum medullis* implicitum pe„nitus, et *infixum*.“ Fraudi fuit EICHHORNIO, quod vates meretricem *in matrimonium duxit*, quo illa utique adultera *facta est*. Ceterum vates verba אֵשֶׁת זְנוּנִים in rem suam adhibuisse videtur non modo ob maiorem vim atque pondus, sed etiam, ut ad sequentem vocem יַלְדֵי זְנוּנִים illa *consonarent*. Amant talia vates.

וְיַלְדֵי זְנוּנִים] De his verbis, quae non intelligo cur scrupulum iniicere interpretibus potuerint, nusquam recte expositum video. Significant *liberos* aut *meretricios* (buhlerische, verbuhlte K.) aut *spurios* (Hurenk.). Primo enim זְנוּנִים eadem ratione accipi potest, qua debet in אֵשֶׁת זְנוּנִים, ut, quemadmodum haec est mulier *meretricia*, ita illi sint liberi *meretricii*. Atqui hoc modo accepta verba non est dubium quin cum antecedentibus *suscipiendi* vocabulo necti perquam commode possint (vid. GESEN. *Lehrg.* p. 853.), hoc sensu: *matrimonio tibi iunge mulierem meretriciam et* (suscipe ex ea) *liberos meretricios*. Quam rationem sequuti sunt interpretes tantum non omnes. Sed possunt etiam liberos *spurios* significare יַלְדֵי זְנוּנִים, nexusque verborum cum EICHHORNIO hunc in modum constitui: *und* (lass dir von ihr) *Hurenkinder* (bringen). — Nam huic quoque interpretationi favet usus loquendi. Cf. בֶּן זְקֻנִים 1 Mos. 37, 3; יֶלֶד זְקֻנִים ib. 44, 20. *filius in senectute*,

h. e. a patre seno, susceptus, ut igitur יַלְדֵי זְנוּנִים sint liberi *ex adulterio* nati, h. e. spurii. Quae quidem interpretatio, si quid video, alteri illi praeferenda est his de causis.

Primum, si verba sensum habent priori loco significatum, vates non *uxorem* modo, sed *liberos* etiam tanquam imagines gentis Isr. voluit sistere, atque hac utraque imagine, et uxore meretricia, et liberis ex illa susceptis meretriciis indicare, *cunctos* et *singulos* Israelitas a Iova descivisse (vid. supr. p. 298.). Alterum autem sensum si ponis inesse verbis, vates *uxorem* tantum imaginem fidei deo non servatae proposuit, et spurios liberos eo consilio in scenam produxit, ut iis imaginem istam *exornaret*, hoc est, effrenatas adulterae libidines probaret atque ita ante oculos hominibus poneret. Atqui hoc alterum voluisse vatem, totius narrationis indoles arguit, inprimis, quod adultera semel atque iterum, et quidem simulac per naturam liceret, ventrem tulisse dicitur vs. 6. 8.

Deinde quum in hac parabola adultera gentis, vates Iovae personam agat; ille, si liberos *ipse* suscepit, rationem, quae Iovam inter et gentem intercedebat, rationem puta mariti ad perfidam uxorem, parum adcurate adumbravit; egregie vero id fecit, si liberos *spurios* sibi ab uxore oblatos esse finxit.

Tum bene Mangerus: „vs. 3. non dicitur, quod alias usu venit: *cognovit uxorem, et concepit, et peperit*, quemadmodum in simili casu Ies. VIII, 3.; sed simpliciter: *conce-*

pit et peperit." Quod autem attinet ad לו ib., id etiam de *spuriis* liberis dici potuit, si tamen sana sit vocula, quod dubito; nam quemadmodum vss. 6. 8. non legitur, ita etiam hoc nostro loco vs. 3. abest a K. 154. 182. 246., R. 24., quin etiam a LXX ex rec. ed. *Compl.*, quae simpliciter: *καὶ ἔτεκεν υἱόν*, miro consensu *Italae* atque *Arabis: et peperit filium*, وَلَدَتْ ٱبْنًا.

Denique nequaquam dici pro certo potest, loc. 2, 4. יַלְדֵי זְנוּנִים esse liberos *meretricios*, nec si sint, ad nostrum locum quidquam inde sequetur.

§. 3.

Ad vs. 3.

גֹּמֶר] Ad hoc nomen ROSENMUELLERUS (ceterorum explicationes multo minus sunt probabiles) haec animadvertit: „Nos quidem גֹּמֶר non du„bitamus indicare *perfectionem*, sive *consumma*„*tionem* vel scelerum, vel libidinis, — — ut igi„tur in rei summa cum Hieronymo consentiamus." Sed huic ego interpretationi idem fere obiiciam, quod PAULUS (*Theol.-exeg. Conserv.* p. II. p. 161.) monuit contra l. Ios. 5, 9., negans, גִּלְגָּל nomen originem duxisse ex metaphora: Hodie *devolvit* (abstulit) Iova opprobrium etc., dum addit: „*Statt des* zusammengesetzten *Be*„*griffs* Schande-abwälzen *wäre blos der* „*Begriff* abwälzen, *d. h. die* Nebensache „*festgehalten worden?*" — Equidem velim con-

ferri *chald.* גְּמַר, quod est in Coniug. Pael *absumere* (ut Zach. 11, 16.), et ab interpretibus chaldd. etiam de *igne consumente* usurpatur (Iob. 22, 20: *nonne* מוֹתַרְהוֹן גַּמְרַת אֶשָּׁתָא *reliquias eorum consumpsit ignis?*), unde est quoque גּוּמְרָא *carbo candens* (Ps. 18, 9. Prov. 25, 22.); ut igitur גֹּמֶר sit *urens* atque *tabifica* mulier, (proprie *absumtio* per ignem, nam hoc genus nomina solent esse *abstracta*) *die Gluthhauchende, Verzehrende*, quo eodem modo adultera in his locis depingitur: Prov. 6, 27–29: *Num fovebit quisquam ignem in gremio suo, ut non eius crementur vestimenta? Aut ingredietur per carbones, nec eius pedes adurentur? Sic est, qui cum alterius uxore congreditur, ut non impune ferat, quisquis eam attigerit.* Iob. 31, 9. 11. 12: *Si mentem habuissem ad mulieres proclivem, aut pro foribus alterius in specula fuissem* etc. — — *Est enim hoc flagitium crimenque puniendum, est, inquam, ignis ad interitum usque edax* etc. Ceterum per se intelligitur, nomen mulieris ad imaginem pertinere, ad rem nihil facere.

Corrigenda.

Pag. 165 lin. 14 lege *Reimarus.*
— 168 — 7 — חַיָּה
— 170 — 8 ab ult. leg. הַמֶּלַח
— 175 — 1 leg. בַּמַּלְכֻּן
— 183 — 1 — *einer*
— 203 — 11 — Mosis describendi
— 205 — 4 — obtrudas
— 240 — 14 — reperitur
— 262 — 13 — *eum*
— 315 — ab ult. leg. וַיֵּשֶׁב
— 317 — 8 leg. הַמִּזְבֵּחַ
— 320 — 15 — אָוֶן
— 321 — extr. — سَلَاحِفْ